
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
43

IVRISPRVDENTIA VETVS.

DRACONIS, ET SOLONIS LEGES,

Pardulpho Prateio Augustobuconiate collectore, & interprete.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.

LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
M. D. LIX.

Cum priuilegio Regis.

Extraict du priuilege du Roy.



PAR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne foys ou plusieurs, ce present liure intitulé *Iurisprudentia vetus. Draconis & Solonis leges, Pardulpho Prateio Augustobuconiate collectore & interprete.* & fait defences depar ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de nō imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne distribuer, en ses païs, terres & seigneuries, ledict liure, si ce n'est par le consentemét dudict Rouille, & ce iusques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que sera paracheué d'imprimer ledict liure, sur peine d'amande arbitraire, & de confiscation des liures qu'ilz auroyent imprimez. Et afin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entent, que l'extraict d'iceluy estant mis au cōmencement desdictz liures, serue pour toute notification, sauf en demander copie audict Rouille (si bon leur semble) & ce à leur despens. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à-plein est contenu & declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce donnees à Paris, le huictiéme iour d'Octobre, mil cinq cens cinquante huict.

Par le Roy en son conseil estably pres la Royne.

Signé, Fizes.



ORNATISSIMO VIRO DN. FRANCISCO

Villario Lectiſs. Regis conſiliario, Lugdunenſiq; Prætori Pardulphus Prateius Auguſtobuconias S.



Vriſprudentiam vniuerſi Reginam, ſummiq; DEI opt. max. εὕρημα ex fontibus ipſis, quàm ex riuulis hauriendam ſatiùs exiſtimauêre antiquiſsimi iuris Ciuilis interpretes: quod & elegantiſs. poëtæ Horatij iudicio probatur,

-- & dicas magno de flumine mallem,
Quàm ex hoc fonticulo tantundem ſumere.

Quum igitur Draconis, Soloníſque

legum capita paſſim apud veteres Iuriſprudẽtiæ ſcriptores comperiſſem, pretium operæ videbor facturus, ſi antiquiſſimos illos Theſmothetas iura ſua locuturos ex Elyſijs campis(ſic poëticè eloqui licebit)euocauero,

Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.

Nam & tẽpeſtate noſtra acciti mihi viſi ſunt: cùm eorum leges etiãnum Princeps noſter optimus Hẽricus II. idémque potentiſſimus, & inuictiſſimus petijſſe videatur;ídque eius ſacri affatus liquidò oſtendunt: nec immeritò: ea etenim exiſtimatione habitæ ſunt à populo Romano, vt, eo aliquando ſine lege viuente, earum petendarum cauſſa legatos rerum, & iuris peritia ornatiſſimos delegerit, vtque ijſdem ciuitas (vt ait Pomponius) fundaretur, quas in tabulas eboreas

reas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt Decemuiri. Dracònis igitur ac Solonis legibus aliquot vſum fuiſſe populum Romanum cõſtat Iuriſconſultorum reſponſis. Eo quoquẽ iure Ciuili(ſic enim Draconis, & Solonis leges vocat Iuſtinianus) etiamnum vtimur. Quibus adductus vetuſtiſſimas eorundem leges in ſua velut corpora congeſſi. Porrò Platonem, Herodotum, Demoſthenem, Ariſtotelem, M. Ciceronem, Plutarchum, Vlpianum, Caium, A. Gellium, D. Laërtium, Alexandrúmque ab Alexandro congeſſiſſe aliquot non diffiteor: ſed quas illi ſinguli prætermiſerunt, congruis(vt res patiebatur) titulis huc tranſtuli, atque ita digeſſi, vt vna lex ex alia ductili quadam via pẽdére videatur. Hac autem ratione veterum leges collegi, ἵνα δὴ (vt Theo-

philus ſcribit) μηδὲν τῶν πάλαι πολιτευομένων εἴη. Atque ab illo antiquiſſimo legiſlatore Dracone exordiri placuit, vt qui (auctore Gellio) Athenienſibus primus omnium leges tulit. Eum autem virum bonum, prudentem, diuini, humaníque iuris peritum fuiſſe cõmemorant celeberrimi rerum ſcriptores. Leges verò ſuas non atramento, ſed ſanguine ſcripſit. Proximus huic erit ſapientiſsimus ille Athenienſium princeps Solon Græciæ σοφοῖς cõnumeratus: cuius leges omnes, tametſi Priſcorum temporũ iniuria, atq; ignauiâ recuperari (quod nec Laërtius pręſtare potuit) nequiuerint, ſummis tamen vigilijs, laboribus, ac ſtudijs conquiſitaui. Draconis autem & Solonis leges ideo collegi, quòd earũ aliquot ab Vlpiano, Caio, cæteríſque Iuriſconſultorum coryphæis ſæpiſſimè

mè

mè citari animaduerterim. Floruit Solon noſter Zedechiæ Iudæ xxii. Regis, Danieliſque Prophetę temporibus. Tarquinio Priſco Romæ regnã te leges ſuas tuliſſe refert Gellius: quas illũ verſibus ſcripſiſſe tradit Plutarchus: id quod & Horatius in arte probat adijciens Solonem Homero antiquiorem.

—fuit hæc ſapientia quondam
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno,
Sic honor & nomen diuinis vatibus atquè
Carminibus venit. Poſt hos inſignis Homerus
Tyrtæúſque mares animos in martia bella
Verſibus exacuit.

Sapientiam Solonem vocat: cuius leges de publicis à priuato, ſacríſve à profano ſeiungendis (vt & aliæ permultæ) non extant. Quæ verò externos vetãt concubitus, quæ've iura dãt

maritis eius legibus interieci. Porrò eius leges ligno incisas fuisse Plutarchus etiam commemorat. Sed & plurimas ab Ægyptijs mutuatũ eum scriptũ reliquit Herodotus. Ab Hebræis quoque aliquot accepisse pleriq; existimant. Cæterùm Romuli primi Romanorum Regis, & decemuirales leges aliquot præter coactas à F. Balduino rerum, iuris, ac vtriusq; linguæ peritissimo collegi, atq; Laconicè explicui. Volutanti verò animo mihi, cui studia hæc mea nuncuparẽ, vnus omniũ occuristi (Prætor æquissime) cui ea dicare expetebam. Eò enim volentem me adegerũt incredibilis tua humanitas, æquissimum in iure dicũdo iudicium, rerum cognitio, iuris & Romanorum, & Galliæ peritia, ingeniíque dexteritas. Quò fit, vt cũ esses omni virtutum, doctrinarúmque genere

nere instructissimus in amplissimum Consiliariorũ ordinem cooptauit te optimus Princeps Frãciscus Valesius Galliarum Rex, peritorúmque mecœnas. Celebratissimis quoque ingenij tui dotibus adductus reuerẽdissimus in CHRISTO pater Franciscus à Turnone Cardinalis meritissimus Lugdunensi te prætura donauit. Legerat siquidem grauissimam Polybij sententiam, τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσιν τοῖς ἀξίοις. Nouerat & ille admirandũ tuum ingenium ad omnia forensium rerum genera versatile. Is igitur es, cui non, nisi ingenio elaborata, eruditione ornata, téque digna offerri debeant. Lugdunensium enim res tueris, legibúsque emendas. παῦρα μὲν ταῦτα, sed pacato excepturum te ea vultu confido. Inuidos mihi non defuturos certò scio: sed si labores hósce meos abs te

probatos ſenſero, eorum plumbea tela non extimeſcam. Inſtitutum autẽ meum, aut ſaltem conatum Reipub. ſtudioſiſſimũ non improbabunt doctiſſimi æquiſſimíque homines. Vale. Lugduni Calendis Ianuarijs 1559.

AD AMPLISSIMVM, LEctiſſimúmque Conſiliarium in Senatu Gratianopolitano DN. Rabotium eiuſdem Prateij

ἐπίγραμμα.

Euboïcæ rapidis ventis reſponſa volabant
Vatis: duce DEO *ſed periiſſe ferunt.*
Aſt meritò præduro inciſa fuére Solonis
Iura probi ligno, dexteriore manu.
Vnde perennis erit veneranda memoria tanti
θεσμοφόρου, *cuius panditur arte* νόμος
Attamen, vt pereunt naues (heu) deſide nauta:
Sic quoque ſcita νόμων *fortè vetuſta ruũt.*

Tanta

Tanta fuit (credas) priſcæq; incuria gentis,
Maiorum vt tempus munera ſuſtulerit.
Vndique, collatis membris, diſperſa coëgi,
Omnes pertentans (qua licet arte) modos.
Excipe θεσμοφόρους (quæſo) vir docte vetuſtos
In te nanque mei pignus amoris erunt.

AD IO. GIRINÆTIVM
Iuriſcos. Regiúmque aduocatum, καὶ τῆς παλαιότητος
adſertorem.

Laudibus in cœlum fertur Girinætia proles,
Vtpote quòd magnis dotibus aucta fuit.
Viſitur & toto Girinætius orbe Ioannes,
Inter præcipuos (qua licet arte) viros.
Ingenium verſatile quæris? Portius alter
Rurſus adeſt animo cuncta ſubinde ferens.
Quid memorem mentis dotes? iugulantia litis
Iuráque? πρεσβυτέρως εἴδεν ἅπαντα νόμων.

AD

AD GENEROSISSIMVM virum Henricum de Gabiano.

Excipias veterum νομοθετῶν *dogmata: nam te*
Participem cupio muneris esse mei.
Iam redeunt veteris leges, Henrice, Solonis,
Eximiúmque caput sustulit ille suum.
Philponus es, cupias cùm perlustrare vetustos,
Et rerum cedat cognitione Thales.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.



ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ

Ἀθηνάιου αἱματώποὶ νόμοι.

DRACONIS ATHENIENSIS SANGVINARIAE LEGES.

Νόμος πρῶτος,

Τοῦ ἀλλοτρίου ἀφίσασθαι.

LEX PRIMA.

Abſtineanto alieno.

DRaconem Athenienſem huius legis auctorē fuiſſe ſcribit Alexander [a] ab Alexandro. Sed à ſummi, æterni, præpotentíſque DEI opt. max. præſcriptis accepiſſe eum ſit mihi veriſimilius. Sanxerat ſiquidem antè DEVS hominum, rerúmque factor, Moséque Iſraëlitarum duce, ac interprete iuſſerat, rebus alienis abſtinendum. Quò omne ferè ius ciuile pertinet, tendítve, varijs articulis, tracta

[a] Lib.5. ca.10.

ctatibúsque in eam rem editis. quo in genere iuri illi diuino proximè accedit, & (penè dixerim) cognatum est, ídque libro singulari

b c.v. δικαιολογίας [b] explicui. Ἀπέχεσις igitur τοῦ ἀλλοτρίου, hoc est, rei alienæ abstinentia tertium genus effectuum iuris ciuilis est. Quod si quis mancipij sui aliena fecerit, legibus priuatis & publicis coërcetur. Id quod te edocebūt iuris libri. Posteaquàm autem dominia distingui cœpta sunt, quódve suum esset, quisque pernouit, rebus alienis manus abstinere, seséque tempe-

c Exod.20. Deut. 6. rare iussit DEVS [c] opt. max. quod & legibus humanis sancitum est. Initio verò, nascente mundo, omnia fuerunt communia vel locupletissimo Vergilij testimonio.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidē, aut partiri limite cāpū
Fas erat.

Quod etiā Pomponij Melæ tēporibus apud Garamantas in extremis Africæ partibus obseruatum scio. Priore autem naturæ iure cōstabat illa rerum omnium communio, ídque

d §.1. de Accursius [d] iuris ciuilis interpres tradit. Gentium

tium verò iure dominia distincta fuerunt sicut in ea re testis est Hermogenianus[e]*: dicique cœptum est meum hoc, illud tuum, quæ duo prouocabula bellorum, ac litium seminaria sunt. Infinitiuo autem* ἀφίςαϑαι *pro imperatiuo vtitur* Draco, *loquendi modus est* Græcis *familiaris idque obseruatè adnotat* G. Budæus *in* Græcæ *linguæ commentarijs.* Eo *etiam dicendi genere vsus est* Demosthenes *in oratione* ὑπὲρ ἀγνιὰ κλήρου. ἔφη (*inquit*) ἄκοντα κτεῖναι. Eius *etiam modi vsus imperatiui loco plurimus est* Soloni.

rer. diuis. Instit.
e l. 5. de iusti. & iur.

Νόμος β

Ἤν τις κτῆνη ἄλλοσε ἄξῃ ἢ κιχράμενος ᾖ, ὑπόδικος ἔσω τῆς κλοπῆς.

LEX II.

Si quis iumenta aliorsum duxerit, quàm quò vtendum acceperit, furti obnoxius esto.

Huius

a d.c.10.

b l.40. ff.de fur.

HVius quoque auctorem fuisse Draconē ait Alexander[a] ab Alex. Eandē κατὰ *fere* λέξιν *vertit* Paulus[b] *libro* 9. *ad Sabinū. Qui iumenta sibi commodata longius duxerit, alienáve re inuito domino vsus sit, furtum facit.* Pauli *quoque sententiam probat* Vlpianus[c] *existimans eiusmodi rogantem etiam cōmodati teneri, atque eandem esse hominis commodati caussam.* Roganti *etiam perire scribit, si aliter, quàm dixerit vsus sit. Sed & furti eū obstringi* Iustinianus[d] *constituit: cuius verba ita vertit* Theophilus εἴτε ὁ εἰς χρῆσιν λαβὼν ἀλλότριον πρᾶγμα εἰς ἑτέραν χρῆσιν μεταθέσει τοῦτο ἤπερ εἰς ἣν ἔλαβε, κλοπὴν ἐπὶ τούτῳ ἁμαρτάνει. H*æc* verba, ἄλλοσε ἄξει, *cum effectu accipere debemus: nam si ductio, vsúsve effectū non habuerit, legem cessare puto.* Quod *ait lex* ὑπόδικος ἔσω τῆς κλοπῆς, *ita accipiendum* Pōponio[e] *placuit, si existimauerit, se inuito domino, id facere: alioquin contrá. quod* Angelus Aretius[f] *in commentarijs ad librum* IIII. Institu. *tradit. Illud quoque optima ratione adijci posse censeo ex* Iauoleno[g] *in eum, qui rei*

c l.5. §. sed interdum. commod.

d §.furtū. de obli.quę ex deli.

e l.76. de furtis. ff.

f titu. 1. §. furtum. 2.

g l.si is cui. de furt.

rei commodatæ furtum fecit & furti & cõmodati agi posse. Quòd si furti actum sit, commodati actionem extingui idẽ rectè putat. Tanti autem eiusmodi commodatarium damnandum existimo ex Vlpiani[h] *sẽtẽtia quãti intererit. Quod à Dracone sancitum est, Romæ Labeo, & Q. Mutius Scæuola receptum apud A. Gellium*[i] *aiunt. Eiúsque modi facti species in in auditorio Præfecti Augustobucomorũ relata fuit, quo tempore illic caussas agebam.*

h l. qui tabulas. ff. co.

i li. 7. c. 15.

νόμος γ

τοὺς τῆς ἀργίας ἁλόντας ἀποκτεῖναι.

LEX III.

Otij conuictos interficianto.

PLutarchus[a] *scriptum reliquit hanc legem à Dracone latam: innumeras enim malorũ iliadas ex desidia, atque otio profluere videbat sapientißimus legislator. Nam & Reipublicæ tranquillitas interturbatur: permulta etiam incommoda velut ex equo illo Troiano*

a in Solone.

exeunt, vt reipub. instaurãdæ, reficiendæq́; lo cus relictus non videatur. Desides siquidem nihil non excogitant, omne facinus moliuntur. Desidia scelerum ansam subministrat, aditum flagitijs præbet. quod & Græcorum senario probari mihi fit verisimile.

ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά!

Et elegantißimus poëta Ouidius disticho vulgato expreßit. Non minùs itaque eum, qui facinoris caussa est, quàm qui id effecerit plectendum sanciuit Draco. Nam (vt ex Diphili sen-

a lib.vj. *tentia apud Athenæum*[b] *constat) qui nullam artem exercet, sed deses in Popinis frequentißimus rem̃ obligurit,*

- ἀναγκαίως ἔχει,
ἢ λωποδυτεῖν νυκτὸς, ἢ διχωρυχεῖν
&c.

Eius farinæ homines morte mulctandos sanxisse Draconem puto: cuius lex etiam ad fœminas pertinet. Sed cùm humanißimus, sapientißimúsque Solon desides seueriùs coërceri, nempe morte mulctari animaduertißet, summum illud ius, summam illam malitiam repres-

sit

ſit, iubens ἀπράγμονας obſcuros, ignobiléſque eſſe atque ideo infamia notari. Propter aſperitatem igitur abrogata fuit hæc lex à Solone. Iniquiſſimum enim putauit otij conuictos morte plecti: ideóque infamiæ notâ eos inuri ſatis eſſe cenſuit. Sed eos qui ignauiæ cauſſa deſertis muneribus ad μοναζόντων cœtus ſe conferũt reuocari eos debere, aut rebus fortuníſque ſuis carere diui principes [c] *reſcripſerunt. Mendicantes quoque validos otia ſectantes à dominis reuocari diuus Valentinianus* [d] *conſtituit. Sed & eos publicis operibus addici, aut flagris cædi iuſſit Princeps noſter optimus Henricus II. Reſcripti verba ita in epitomen redegimus.* Seront dreſſees œuures publiques, eſquelz tous pouures valides ſe retireront, & ne queſteront plus ſur peine des galeres quant aux hommes, & du fouët quant aux femmes. *Draconis itaque lex penè extincta redijt, ſed paulò, quàm anteà, mitior.*

c l. quidã. de decur. li x. C.

d l. j. C. de mendi. vali. lib. xj.

Ἅπασι τοῖς ἁμαρτάνουσι μία ζημία θάνατος: τοὺς λάχανα κλέψαντες, ἢ ὀπώραν ὁμοίως τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ ἀνδροφόνοις κολαζέσθωσαν.

LEX IIII.

Omnium flagitiorum vna pœna mors: qui olera, aut mollioris corticis fructus ſubripuerint, vt ſacrilegi, & homicidæ puniantor.

Acuiſsimam hanc legem à Dracone *latam (auctore* Plutarcho*) ideo putamus, quòd omnia delicta paria eſſe exiſtimauerit.* Extat *in eandem ſententiã* M. Ciceron*is* παράδοξον, *quod Philoſophis diſcutiendum relinquimus. Cuius rei cauſſa Stoïcos taxat* Horatius[a],

a li.j.ſerm.

Comminxit lectum potus, mensáve catellum
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem,
Aut poſitum ante mea: quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriens: minus hoc iucundus amicus
Sit mihi: quid faciam furtum, ſi fecerit? aut ſi
Prodiderit cõmiſſa fide, ſponſúmve * *negarit?*


* ſtipulâti promiſſum.

Quis

Queis paria esse ferè placuit peccata, laborãt:
Et paulò pòst.
Nec vincet ratio tantundem, vt peccet idémq;
*Qui teneros caules * alieni fregerit horti,* * Draconẽ taxat.
Et qui nocturnus diuûm sacra legerit, adsit
Regula peccati, quæ pœnas irroget æquas.

Aequiores igitur, atque ideo receptiores posteriorum existimò leges iubentium pœnam flagitijs commensurandam, ídque diui principes[b] *rescripserunt. Optimo itaque iure asperrimam Draconis legem repressit humanissimus Solon apud Plutarchum*[c]. *Ait lex* τὸς λάχανα κλέψαντες. *Draco (vt ait Gellius*[d]) *cuiuscunque modi furem morte puniendum sanciuit. ad res igitur cæteras pertinet quod de oleribus & pomis sancitum est. Id quoque ad vites porrigi posse ex Caio*[e] *collegi. Qui enim arbores fructiferas maximè vites cæciderint, tanquam latrones puniuntur: atqui hos furca figendos veteribus placuit*[f]. *Non omnino igitur Dracontianæ legis casus repressus est. Capitalem autem, mortiferámque pœnam, & tacito Atheniensis populi consen-*

b l.19.& 22. C. de pœnis.
c in Solone.
d li.11.c.18.
e l.2.ff.arb. furt.cæ.
f l.27.§.fi. de pœ.



g vbi suprà. *su: & Solonis lege sublatam esse Gellius*[g] *ait. Solon enim furta dupli pœnâ vindicanda sanciuit. Sed & furem morte plecti vetuit Iustinianus*[h]*. Solonem omnes Draconis leges præter eas, quæ de cæde latæ essent, sustulisse Plutarchus commemorat. Quod & si factum fuerit, posterioribus tamen temporibus reuixit id legis caput, quo sacrilegium, peculatúsve morte vindicatur: & eo iure vtimur, atque ita ab Vlpiano*[i] *scriptum est. Et scio (inquit) multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos & viuos exussisse, alios verò furca suspendisse. Quod de maiore sacrilegio accipiendum sanctissimè putat idem: cuius sententiam probat Paulus.*[k] *Humanioribus tamen Pontificum*[l] *decretis in xxx. libras argenti sacrilegos damnari scio. Sacrilegum autem definit* Iulius Paulus,[m] *qui publica sacra compilarit.* Marcus verò Fabius *libro* VII. *Institutionum* Oratoriarum, *sacrilegium (inquit) est rem sacram de templo subripere. Equidem veriorem Pauli definitionem existimo. Sacrilegium enim committitur, vbicunque res sacra subrip*

h constitu. 134.

i l. 6. ff. ad leg. Iul. pec.

k l. 9. ff. eo.

l c. quisquis. 17. q. 4.

m d. l. 9.

ſubripitur. Accurſius tria ſacrilegiorum genera ad Paulum[n] *receſet. Cuius diductionem* n d.l.9. *probare videtur* Bartolus: T*u illos perluſtres, rémque expendas.* De *ſacrilegorum quoque pœna ediſſerit* Plato *dialogo* IX. περὶ νόμων.

Νόμ☉ ε

Τοὺς ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν.

LEX V.

Homicidam in territorio noſtro occidendi, & ad iudicem deferendi ius eſto.

H*Anc legem à* Dracone *latam memoriæ prodidit* Demoſthenes, *qua homicidas necari, aut ad iudices deferri permiſit* νομοθέτης Draco. N*ecare autem tunc licere interpretamur, ſi in homicidam non poſſumus manus inijcere in vincula publica conijciendum: atque ita explicant iudices. Si quis igitur hominem necauerit, omnibus præhendendi, & occidendi ius eſſe cauit* Draco. A*d graſſato-*

res, qui mortẽ minantur, lex pertinet. Omnibus enim liberam resistendi facultatem concessére diui Principes [a], *vt quicunque nocturnus populator ad agros intrauerit, aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit, ilicò supplicio subiugetur, & mortem quam minabatur, excipiat. Quam diuorum principum constitutionem de facto suo iure tollendo accipiendam falsò putabat rabula leguleus, ac sycophanta* Bellogardiæus *litium textor atro notatus circulo. At (vt Aristophanici* [b] *Chremilli verbis vtar)*

a l.j. C. quã lic. se sin. iudic.

b in Pluto.

Οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει,
ἀλλ᾽ εἰς ἕτερόν τι μεῖζον.

Verba enim, mortem quam &c. *Imperatores aliud sensisse demonstrant. Sed quid ab imperitissimo expectares? Verùm ad institutum reuolemus. Sæpissimè decretum scio eos necari à iudicibus iussos, qui præhendi aliter non potuerunt. Quod autem ad homicidarum leges attinet, eas obliterare, aut immutare, nec voluit, nec potuit prudentissimus* Solon. *Illos enim morte plectendos diuinis, humanísque legibus*

gibus sancitum scio. Nam & summus ille hominũ ac rerũ effector æternus, præpoténsque DEVS, *icto cum* Noah *fœdere ita decreuit*[c]. c Gen̄.ca.9. QVI EFFVDERIT SANGVINEM HVMANVM, FVNDETVR SANGVIS ILLIVS. *Idem quoque obseruari debere scribit* Calistratus[d] : *ídque diuorum principum*[e] *constitutionibus probatur quibus ita continetur homicida, quod fecit, expectet.* d l.28. §. si. de pœn. e l.3.C. de episc.aud. *Sed & lege Cornelia homicidas vltore ferro persequi* Iustinianus[f] *lib.* IIII. *Instut. scribit.* f §.ité lex. de pub. iud. Ανδροφόνους *quoq; gladio plectēdos summi, ac æterni patris* VERBVM, CHRISTVS *opti. max. idémque* ὁμοούσιος *iubet apud* Euãgeliographũ Matthæum[g], πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. g ca.26. *Quod ait lex* ἀνδροφόνους *quoscunque, ac quouis modo accipere debemus. Planè si aggressorem in vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere eum debere diuus* Gordianus[h] *constituit. Idem quoque iuris esse in eo, qui percussorem ad se venientem repulerit*[i] *idem rescripsit. Eandem etiam eius* h l.2.C.de sicar. i l.3.C.eo.

k l.3.C.eo. *caussam esse Gallienus*[k] *decreuit, qui latrocinantem perimit. Sed & si quis homicidium non voluntate, sed casu fecerit, liberãdum eum*
l l.5.C.eo. Imperatores[l] *cõstituerunt. Sed illud ex caussa recipiendum rectè putant interpretes. Nam si quis rei vetitæ & (vt ipsi loquuntur) illicitæ operã daret, siue noctu, siue interdiu hominẽ necauerit (tametsi imprudens, aut inconsultò fecerit) gladio feriendum eum interpretantur. Capite igitur truncandi essent hi, qui strictis ensibus, obiectísque pugionibus vagantur noctu, ac discurrunt vigilum præfectos circunscribentes. Qui adulterum occidit, mitius eum plectendum diuus* Alexander[m] *iussit, id-*
m l.4.C.de adult. *que diuus* Pius[n] *apud* Martianum *præconsti-*
n l.1.de sicar.ff. *tuerat. Dolum autem malum lex Cornelia*
o l.7.ff.eo. *coërcet, culpam latam non item, vt* Paulus[o] *rectè censuit.*

Νόμος ζ

φόνου δίκας μὴ ἐξεῖναι οὐδαμοῦ κατὰ τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύωτων, ἐάν τις καλῇ ὅπως μὴ ἔξεσιν.

LEX

LEX VI.

Cædis actiones ne ſunto vſquam in eos, qui exules deferunt, ſi quis redeat, quò non liceat.

HAnc quoque Draconis eſſe Demoſthenes refert in Oratione κατ' ἀριστοκράτ. eadémque duo iura ſignificari ſcribit. Nam homicidam deferri permittit: neque ſinit ab vllo, priuata auctoritate, ſi proſcriptum necauerit, abripi: ídque tum demum, ſi quis redeat, quò non liceat. Vetat Draco eos, qui exules detulerint, cædis accuſari. Sed hoc ita accipiendum putat Demoſthenes de iis, qui eo loci, à quo proſcripti ſunt, redeunt: atque ideo ſi alibi inuenti ſint, hoc beneficium negat. Sæpiſsimè autem à iuris ciuilis interpretibus quæſitum ſcio, nempe à Bartolo Saxoferratio, Baldo,[a] Pauló- que Caſtrenſi, num exulem repertum in eo, à quo exulauit, loco necandi cuiuis ius ſit. quod iidem aiunt: quò Draconis ſententiam propendere mihi ſit veriſimile: ídque & Alberico Roſatio

[a] l. 1. C. de ſum. trin. & Bartol. q. j. Lucanæ.

satio [b] *placuit: cuius sententiam probat* Nellus *in tractatu bannitorū hanc quæstionem academicè discutiens.* Aequior *autem mihi semper visa fuit sententia existimantium id de deportato iudicis pronuntiatione accipiēdum, idq;* Martianus [c] *censuit.* Draconis *autem legem interpretúmve sententiam ita recipi debere puto, si aliter exul intra tempus ad locum vetitum reuersus præhendi non poterit, quàm si occidatur.* Nam *si decreto de occidendis exulibus, deportatísve ita cautum sit.* Deportati *intra locum, & tempus redeuntes, capiuntor & occiduntor.* Primùm *capi, deinde necari iubentur.* Nam, Et, *copula ordinis plerunque nota est:* Alioquin, *indicta caussa, quis damnaretur: quod legibus* [d] *vetitum scio.* Inauditum *enim necare, aut damnare non licere* Vlpiāni [e] *sententia compræhensum est.* Iniquum *enim esse damnare quem, antè quàm audiatur,* Aeschines *clarissimus* Græcorum *orator rectè existimat* ὃς τις *(inquit)* οὕτω διάκειται μήτε ἀπογνώτω μηδὲν, μήτε καταγνώτω πρὶν ἀκούσῃ, οὐ γὰρ δίκαιον. Huc *quoque pertinet, quod*

Chrem

b l. seruus. C. de ijs qui ad eccles. in ca. statu. q. 17. lib. 4.

c l. 4. ff. de pœnis.

d vt innuit Curtius li. 8

e l. 2. ff. de sicar.

Chremillus apud Aristophanem[f] *ait*, f in Pluto.

Κατηγορεῖς πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου.

Neminem itaque prius, quàm audiatur, damnãdum Senatus apud Tacitum[g] *censuit*, g lib.18. *aientem id moribus receptum. De exule necando differit Alciatus*[h]. h l.123.ad fi. de ver.obli.

Νόμος ζ

Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα.

LEX VII.

Si quis incõsultò in ludis occiderit, vel in via prostrauerit, vel in bello imprudẽs, aut depræhẽsum apud vxorẽ, aut matrem, aut sororem, aut apud filiam, aut concubinam, aut apud eã, quam apud se ad suscipiendos ingenuos liberos habuerit, ob hæc qui cædem fecerit, ne exulato.

Demosth

DEmosthenes in eo, quem suprà citauimus, loco Draconis hanc esse legem commemorat, sed animum spectandum non ineleganter ait. Quod autem ait lex ἐν ἄθλοις ἄκων, *ad id quod ab Vlpiano* [a] *scriptum est, pertinet. Si quis apud tonsorem raderetur, & adacto pilâ cultello gula ei præcisa sit, eum lege Aquilia teneri idem scribit. Quod de ludo à* Dracone *dictum est, ab eodem* Vlpiano [b] *explicatur. Si cùm (inquit) alij in campo iacularentur, & seruus per eum locum transierit, & perierit, Aquilia cessat: quia non debuit per campũ iaculatorium iter facere. Adiecit Draco* ἐν ὁδῷ καθελών. Idem *iuris esse* Paulus [c] *ait in putatore, qui ramum ex arbore deiecit: vel si machinarius hominem prætereuntem occiderit: quod ita accipiendũ est, si proclamauerit putator, aut machinarius.* Patri *autem solo depræhensum cum filia adulterum necare licere, cæteris autem cognatis non item* Pomponius [d] *ait, atque ita* Draconis *legem restringere visus est.* Marito *quoque id licere* Macer [e] *scribit: cuius receptissimam sententiam probat*

a l.11. ad legem Aquil.

b l.9. ff. eo.

c l.31. ff. eo.

d l. patri. ff. de adult.

e l.14. ff. eo.

bat M Cato *apud* A.*Gellium* [f] *Sed his non aliter occidere concessum esse ait* V*lpianus* [g], *quàm si in ipsa turpitudine adulterum depræhenderint:refertq́; Draconem,& Solonem* ἐν ἔργῳ *depræhensionem exegisse*. P*atri autem non aliter adulterum occidere permisit lex* I*ulia,quàm si domi suæ,aut generi depræhenderit,idq́;* V*lpianus adnotat: illámque rationem reddi scribit: quia maior fit iniuria patri, si adulterum in domum patris, aut mariti ausa est filia introducere.* A*liam etiam rationem adfert* Papinianus [h]: *cùm (inquit) difficillimũ sit iustum dolorem temperare.* Q*uo in genere ita scriptum reliquit* V*ergilius*,

f li.10.c.23.

g l.23.ff.eo.

h l.38.ff.eo.

C*oniuge corrupta,nec solos tangit* A*trides*
I*lle dolor solus.*

S*olum vocat, quo perspecto, cæteri dolores nihili sint: quo perculsa* P*enelope apud* O*uidium* [i] Paridi *imprecabatur*:

i. Epist.

O*brutus insanis esset adulter aquis.*

Καὶ ἐὰν φέροντα, ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νήποινος ἔστω.

LEX VIII.

Quòd si quem hostiliter per vim & iniuriam grassantem statim suæ caussa defensionis occiderit, impunè illi esto.

HVius quoque auctorem Dracone Demosthenes eius interpres κατὰ ἀριστοκράτ. ait. Quod ait lex, Statim. consulendi mali tempus sustulit. Adiecit insuper, Suæ defensionis. quo significari idem scribit, læso tantùm, alij non item potestatem dari occidendi. Vt vim, atque iniuriam propulsemus, natura comparatum esse ait Florentinus[a]. Nam *(inquit) quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimandus est. Quod ita accipiendum diui Gordiani[b] rescripto continetur, si in vitæ discrimine cōstitutus sit.* Illatā autē *vim inculpatæ tutelæ moderatione propulsare licere diui principes[c] decreuerunt.* Inculpatam *tutelam*

a l. 3. ff. de iusti. & iur.

b l. 2. C. de sicar.

c l. 1. C. vn de vi.

lam accipere debemus vitæ discrimen, aut si aliter tueri se nequiuerit: idq́; Paulus[d] *noster scribit. Omnes enim leges, omniáque iura vim vi repellere permittunt. Quod & M. Cicero in oratione pro Milone probat. Sunt qui armorum disparilitatem spectent: id quod, animaduersis personis, recipi posset. Iniuriâ verò, non iure fecisse existimandus est, qui non statim, sed ex interuallo sese vlciscitur: idque Vlpiano*[e] *nostro placuit, aienti arma armis, sed cùm vis infertur, repellere licere. Legis verba ad læsum tantùm pertinet. Sed an læsum adiuuas sententiâ compræhendatur, videamus. Et hûc Draconis lege contineri negat Demosthenes. Sed alium iuuare proditum aiunt iuris ciuilis interpretes cum beneficio adfici hominem, hominis intersit: idq́; Papinianum respondisse ferunt. Ex sententia quoque Vlpiani*[g] *colligunt quidam hominem homini aggresso opem ferre debere, idq́; latissimè edisserunt. Hinc natam puto prouerbialem sententiam,* Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ θεός. *Porrò Ioannis fabri*[h] *sententia reijcienda non est, existimantis in moderami-*

d l. 45. ad le. Aquil.

e l. 1. de vi & vi arma.

f l. 7. de ser. expor. ff.

g l. 9 quod met. cau.

h §. ius aut. de iur. nat. Instit.

ne spectanda tria, vt inuasus eo armorum genere, & modo sese tueatur, quo inuasus est, idq; confestim, neque vindictæ caussa. Vindictam autem ex modo facti, personarum qualitate, & potentia deprehendi ait. Potentiam facti accipere debemus.

Νόμος θ

Ἐὰν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δ᾽ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή.

LEX IX.

Si quis morte violenta occubuerit, in eius vltionem necessarijs corpora capiendi ius esto, donec aut caussam dixerint necis, aut homicidas dediderint. Capiendis autem corporum pignoribus, ad tertium vsque progrediantor, vltra nefas esto.

Hæc

Haec quoq; à Dracone lata recitatur, & explicatur à Demosthene κατ' ἀριστοκρ. *appellante. violentam mortem, quæ vi illata fuit. Sed & cuiuis manuum iniectionem cõcedi debuisse argumento est lex* Solonis *apud Demosthenem* κατὰ μειδίου, *quæ cuiuis accusationem ob iniuriam alteri illatam permisit. Corporum quoque captionem cuilibet concessit inuictissimus, potentissimúsque princeps noster* Henricus II. Que pour iceux homicides prendre seront aux villes fermees les portes, & le guet y posé: aux autres lieux sera le tocxin sonné pour s'assembler: si que le meurtrier ne puisse euader. *Non igitur solis cognatis, & necessarijs, sed & quibuslibet capiendi homicidæ potestatem concesserunt posteriores leges: idq; non ineptè adserit* Baldus[a] *illud doctissimè argumento à maiore ex* Vlpiani[b] *mente colligẽs. Si cuilibet raptorem castissimæ virginis, aut pudicæ alicuius matronæ fœdissimum necandi potestatẽ concesserit* Iustinianus[c], *quantò magis capiendi potestas concessa intelligenda est.*

a l. pe. C. de ferijs.
b l. ait prætor. §. si debit. quæ in frau. cred.
c l. 1. C. de rap. virg.

Nam (vt regula proditum ſcio) cui licet, quod plus eſt, licet vtique quod eſt minus. Nocturnum *furem, aut aggreſſorem occidere fas eſt,*
d l.1.& 2. C. qñ lic. ſe ſine iud. *idq; principalibus conſtitutionibus*[d] *exprimimitur: capere igitur eos conceſſum eſſe intelligitur.* Quod *ait lex,* δίκας φόνυ *&c.* Poſtquàm *in vincula publica coniecti fuerint homi-*
e l.2 de custo. reor. *cidæ, accipiendum puto idq; ait* Papinianus[e]. *Sic enim ait, in vincula publica conijci iubentur, vt ex vinculis cauſſam dicāt.* τὴν δ᾽ ἀνδρολήψιαν *&c.* Abſtruſiſſimus *videtur horum verborum ſenſus.* Nam *ſi quem plures percuſſerint, nec adpareat, cuius ictu perierit,*
f l.11. §. ſed ſi. ad legem Aquil. *teneri omnes* Vlpianus[f] *adnotat. Si igitur tres ex pluribus in vincula conijciantur, & reliqui dimittantur, quorum fortaſſe ictu homo perierit, eo modo percuſſor, aut homicida effugiet.* Omnes *igitur præbendere tutius erit ex Iu-*
g d. §. ſed ſi. *liani*[g] *apud* Vlpianum *ſententia.* Sed *& illud*
h l.17. de ſic. *à* Paulo[h] *noſtro eruditè, obſeruatéque ſcriptum ſcio. Si in rixa (inquit) percuſſus homo perierit, ictus vniuſcuiuſque contemplari oportet.* Draco *ſeſe antè explicuerat.* Donec
(inq

(inquit) homicidas dediderint. Tres igitur capiendi sunt, & in vincula publica conijciendi, qui homicidas dedant. Non igitur deferre sufficit, sed deditione opus esse liquet manifestò. Mortem autem violentiâ illatam oportet. Sed si dubitetur, legi nostræ locum esse dicerem. Nam in necante culpa non deest: qui caussam dicturus in vinculis detineri debet, non tamen indicta caussa puniendus. Satius enim esse ait Vlpianus[i] *relinqui facinus nocentis impunitum, quàm nocentem damnari.* Ἔστι δ' ἀνδρολήψιον (*inquit* Pollux) ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφεύγοντας ὥς τινας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ. ἔξεστι γὰρ ἐκ τῶν ἐκδιδόντων ἄχρι τριῶν ἀπαγαγεῖν.

i l.5.ff.de pœn.

Νόμος ι

Χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς.

LEX X.

Homicidæ aqua ablutoria, libationibus, crateribus sacris, foróque arcentor.

DRaconem huius legis auctorem Demosthenes πρὸς λεπτ. scribit: à quo interpretationem accipiendam censeo. Sed sibi ipse videtur reclamare Draco, qui superioribus legibus homicidas summo supplicio, & neci addicendos sanxiuit. Verùm eos, quibus aqua, & igni cæterísque interdictum erat non diutissimè victuros, sed mox obituros putauit legislator: quod & Lactantius [a] lib. 11. Institutionũ diuinarum de aquæ, & ignis interdictionis pœna loquens. In cuius locum deportationem successisse scribit Vlpianus. [b] Homicidas autem deportandos principibus placuisse idem Vlpianus [c] ait: cuius sententiam probat Marcellus [d]. Varia autem expiandorum scelerum genera recenset Budæus in posterioribus adnotationibus ad Pandectas. Tu illum consulito. Aquæ autem & ignis interdictio vltimi supplicij speciem esse ex claris rerum scriptoribus cõstat.

a cap. 10.
b l. ·. de pœ.
c l. 6. de interd. & rele.
d l. 3. de sic.

ΝΟΜΟΣ ια

Ἀνδραφόνου φεύγειν τὴν γῆν ὃ μόνον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ ζῶον, καὶ ἄζωον.

LEX

LEX XI.

Qui cædem fecerit, extorris esto, non solùm homo, sed & animal, atque inanimatum.

GVlielmus Budæus iuris, & Græci & Romani peritissimus scribit hanc legem à Dracone latam: cui congruere ait quod Geneseos [a] libro compræhensum est. Ἀνδροφόνων verò ἀνθρώπων pœnam superioribus legibus explicuimus. De animantibus & inanimatis videamus. Si quod igitur animal hominem necauerit, non solùm (vt ait Draco) exulare debet, sed & necandum id oportere ex veterum Legumlatorum monimentis constat: veluti si sus infantem necauerit, morti publicè addicenda est. Canem etiam mordacem occidi iubet lex Solonis apud Plutarchum in eo: cuius legis commeminit Iulius [b] libro primo Sententiarum receptarum. Sed & si pecus cum muliere coïerit interfici cum ea iubetur lege diuina [c]. Nã (vt ait Augustinus [d]) pecora inde credendũ est iussa interfici: quia tali flagitio con-

a cap. 9.

b tit. 15.

c Leui. c. 20

d c. mulier. xv. q. 1.

taminata indignam refricant facti memoriam. Inanimata verò olim punita fuisse apud Suidam & Eusebium[e] *animaduerti. Cædes ab inanimatis factas in pritanæo iudicatas fuisse refert Demosthenes* κατ' ἀριστοκρ. *Scribit etiã Pausanias*[f] *Draconem, latis de cæde legibus, res inanimatas compræhendisse, veluti si quid fuerit collapsum, & hominem interfecerit. Vide inferiùs in legibus Solonis capitu. 44.*

e lib. 5. de præpa. Euã.

f in Eliaca.

FINIS.



ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΘΗ-
ναίων ἄρχοντος ἀξόνικοι νόμοι.

SOLONIS ATHAE-
NIENSIVM PRINCI-
pis tabulares leges.

Νόμος πρῶτος.

Σεισαχθεία κουφίζεσθαι τοὺς χρεωφειλέτας,

LEX PRIMA.

Excusso debiti onere, leuantor debitores.

SOlonem mira in Deos, & patriam pietate religionisque cultu ornatissimum fuisse à grauissimis rerum scriptoribus proditũ scio. Leges enim versibus editurus ita exorsus est, Plutarcho teste locupletissimo.

Πρῶτα μὲν εὐχόμεθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ

Θεσμοῖς τοῖς δὲ τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Nouerat ſiquidem Deum imprimis adorandum, numénque venerandum, vt qui operis auctor eſt, eiuſdē adiutor eſſet. Cœptis igitur adſpiret DEVS opt. max. incœptum vnà decurrat laborem, détque facilem curſum, vt poſſim legum antiquarum arcana referre, veteríſque iuriſprudentiæ penetralia reſerare.

O pater Omnipotens rerum cui ſumma poteſtas,
Da facilem curſum atque animis illabere noſtris:
Nate Patris ſummi, cœptis his ſemper adeſto.

Optimo itaque iure Deum operis præſulem inuocat Iuſtinianus[a]. Principio igitur inuocandus eſt Deus opti. max. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν ex certiſſimo CHRISTI DEI ſeruatoris noſtri promiſſo apud Euangeliographum Matthæum[b]. Legem autem hanc non ſine tenuiorum commodo à prudentiſſimo nomotheta Solone principio latam, eúmque

a l. 1. C. de vet. iu. enuc.

b cap. 6.

eúmque illi paruiſſe conſcriptum reliquere Diogenes Laërtius *lib.*j. *Decretorum in Solone,* & *Plutarchus in eodem. Excuſſoriæ autem huius legis apud Athenas varios fuiſſe interpretes conſtat. Plerique enim non debiti remißionem conſtitutam, ſed fœnoris mediocritate leuatos fuiſſe pauperes putabant: his interpretibus connumeratus eſt* Androtion. Alÿ *verò* Σεισάχθειαν, *tabularum omnium abolitionem fuiſſe rectiùs cenſuerunt: quorum interpretamentum* Solonis *poëmatis iuuari* Plutarchus *in eo ſcribit. Sed* & *prudentißimis rerum ſcriptoribus* Σεισάχθεια χρεῶν ἀποκοπὴν *ſignificat. Conſtitutis autem ciuibus, ad exportandas pecunias, ab eo munere peregrinos reiecit, qui* Atticè *loqui neſcirent.* Porrò *nullam actionem habere eum putauit* Solon, *quæ (vt ait* Caius[c] *) inanis eſſet propter inopiam debitoris. Sanè ſi patrimonium incrementum acceperit, æſtimatis rebus, ære ſe liberari alieno cogi debitorem poſſe exiſtimatum eſt.*[d] Hanc *autem legem primæ tabulæ inſculptam fuiſſe* Plutarchus *commemorat.* Tabularum

c l.6. de dolo. ff.

d argu. l.4. §.j. de mun. & hon.

autem ignota series, ne secūdum eandem, leges hasdigereremus, impedimēto fuit. Recuperare *enim eas integras, nec ipse* D. Laërtius *potuit: quod & ipse ingenuè fatetur.* Cæterùm Solonis *quoque exemplo fisco debita* Hadrianum Cæsarem *remisisse* Spartianus *commemorat: idque effecit, vt gratiam colligeret. Sed & apud* Plutarchum *in* Cæsare *legimus*, Σεισαχθείᾳ ἐκούφιζε τοὺς χρεωφειλέτας. *Saturnum etiā* Iouis *patrem lege cauisse scribit* Lucianus, *vt diuites pro pauperibus amicis æs alienum exoluerent, atque ædium conductarum mercedem, si quid fortè & hoc debent, neque sint soluendo. verba legis hæc sunt*, Διαλυόντων δὲ οἱ πλούσιοι καὶ χρέα ὑπὲρ τῶν φίλων τῶν πενήτων, καὶ τὸ ἐνοίκιον, οἵ τινες ἂν καὶ τοῦτο ὀφείλοντες καταβαλεῖν μὴ ἔχωσι. *At hodie tantùm abest, vt inopibus subueniant: quinimò ipsos opprimunt:* δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων, τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά, *vt dicebat veritas ipsa* CHRISTVS DEVS *apud* Matthæum[e]. *Solonianæ legi non absi-*

e cap. 23.

milem

milem tulit C. *Licinius Stolo Tribunus Plebis de ære alieno minuendo, ſicut in ea re teſtis eſt* T. *Liuius*. Lex *autem Solonia ad eos, qui grande æs alienum contrahunt ex ea pecunia interuerſa prædia coëmentes vxoribus, nō pertinet*. F*raudatoribus enim iura ſcripta non ſunt, nec impoſtores iuuant, idq; diui Seueri*[f] *reſcripto continetur. Conſule* P*lutarchum in* P*oliticis*. [f] l.1. ad Velleian.

Νόμος β

Πρὸς τὸ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείσειν.

LEX II.

Corpore obligato, pecuniam fœnerari in poſterum ne liceat.

S*Vperiori adijcere hanc meritò putaui. Nā cùm ære alieno eximere ſe nequirent inopes, diſtrahere eos, ac* παραδιδόναι *cōtendebāt improbiſſimi fœneratores: quod hac lege vetitum eſt.* L*iberum enim corpus æſtimationem non recipere Caius*[a] *ſcribit. Tametſi verò* [a] l.6. de ijs qui deiec.

(*vt*

Καὶ ἐὰν φέροντα, ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νήποινος ἔσω.

LEX VIII.

Quòd si quem hostiliter per vim & iniuriam grassantem statim suæ caussa defensionis occiderit, impunè illi esto.

HVius quoque auctorem Dracone Demosthenes eius interpres κατὰ ἀριστοκράτ. ait. Quod ait lex, Statim. consulendi mali tempus sustulit. Adiecit insuper, Suæ defensionis. quo significari idem scribit, læso tantùm, alij non item potestatem dari occidendi. Vt vim, atque iniuriam propulsemus, natura comparatum esse ait Florentinus [a]. Nam (inquit) quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimandus est. Quod ita accipiendum diui Gordiani [b] rescripto continetur, si in vitæ discrimine cõstitutus sit. Illatã autẽ vim inculpatæ tutelæ moderatione propulsare licere diui principes [c] decreuerunt. Inculpatam tutelam

a l. 3. ff. de iusti. & iur.

b l. 2. C. de sicar.

c l. 1. C. vn de vi.

lam accipere debemus vitæ discrimen, aut si aliter tueri se nequiuerit: idq; Paulus[d] *noster scribit. Omnes enim leges, omniáque iura vim vi repellere permittunt. Quod & M. Cicero in oratione pro Milone probat. Sunt qui armorum disparilitatem spectent: id quod, animaduersis personis, recipi posset. Iniuriâ verò, non iure fecisse existimandus est, qui non statim, sed ex interuallo sese vlciscitur: idque Vlpiano*[e] *nostro placuit, aienti arma armis, sed cùm vis infertur, repellere licere. Legis verba ad læsum tantùm pertinet. Sed an læsum adiuuãs sententiâ comprȩhendatur, videamus. Et hũc Draconis lege contineri negat Demosthenes. Sed alium iuuare proditum aiunt iuris ciuilis interpretes cum beneficio adfici hominem, hominis intersit: idq; Papinianum*[f] *respondisse ferunt. Ex sententia quoque Vlpiani*[g] *colligunt quidam hominem homini aggresso opem ferre debere, idq; latißimè edisserunt. Hinc nãtam puto prouerbialem sententiam,* Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ θεός. *Porro Ioannis fabri*[h] *sententia reijcienda non est, existimantis in moderami-*

d l. 45. ad le. Aquil.

e l. 1. de vi & vi arma.

f l. 7. de ser. expor. ff.

g l. 9 quod met. cau.

h §. ius aut. de iur. nat. Instit.

ne spectanda tria, vt inuasus eo armorum genere, & modo sese tueatur, quo inuasus est, idq; confestim, neque vindictæ caussa. Vindictam autem ex modo facti, personarum qualitate, & potentia deprehendi ait. Potentiam facti accipere debemus.

Νόμος θ

Ἐὰν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δ' ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή.

LEX IX.

Si quis morte violenta occubuerit, in eius vltionem necessarijs corpora capiendi ius esto, donec aut caussam dixerint necis, aut homicidas dediderint. Capiendis autem corporum pignoribus, ad tertium vsque progrediantor, vltra nefas esto.

Hæc

HAec quoq; à Dracone lata recitatur, & explicatur à Demosthene κατ᾽ ἀριστοκ. *appellante. violentam mortem, quæ vi illata fuit. Sed & cuiuis manuum iniectionem cõcedi debuisse argumento est lex Solonis apud Demosthènem* κατὰ μειδίου, *quæ cuiuis accusationem ob iniuriam alteri illatam permisit. Corporum quoque captionem cuilibet concessit inuictissimus, potentissimúsque princeps noster Henricus* II. Que pour iceux homicides prendre seront aux villes fermees les portes, & le guet y posé: aux autres lieux sera le tocxin sonné pour s'assembler: si que le meurtrier ne puisse euader. *Non igitur solis cognatis, & necessarijs, sed & quibuslibet capiendi homicidæ potestatem concesserunt posteriores leges: idq; non ineptè adserit Baldus*[a] *illud doctissimè argumento à maiore ex Vlpiani*[b] *mente colligẽs. Si cuilibet raptorem castissimæ virginis, aut pudicæ alicuius matronæ fœdissimum necandi potestatẽ concesserit Iustinianus*[c], *quantò magis capiendi potestas concessa intelligenda est.*

a l. pe. C. de ferijs.
b l. ait prætor. §. si debit. quæ in frau. cred.
c l. 1. C. de rap. virg.

Nam (vt regula proditum scio) cui licet, quod plus est, licet vtique quod est minus. Nocturnum furem, aut aggressorem occidere fas est, idq; principalibus constitutionibus [d] exprimitur: capere igitur eos concessum esse intelligitur. Quod ait lex, δίκας φόνου &c. Postquàm in vincula publica coniecti fuerint homicidæ, accipiendum puto idq; ait Papinianus [e]. Sic enim ait, in vincula publica conijci iubentur, vt ex vinculis caussam dicãt. τὴν δ' ἀνδρολήψιαν &c: Abstrusissimus videtur horum verborum sensus. Nam si quem plures percusserint, nec adpareat, cuius ictu perierit, teneri omnes Vlpianus [f] adnotat. Si igitur tres ex pluribus in vincula conijciantur, & reliqui dimittantur, quorum fortasse ictu homo perierit, eo modo percussor, aut homicida effugiet. Omnes igitur præhendere tutius erit ex Iuliani [g] apud Vlpianum sententia. Sed & illud à Paulo [h] nostro eruditè, obseruatéque scriptum scio. Si in rixa (inquit) percussus homo perierit, ictus vniuscuiusque contemplari oportet. Draco sese antè explicuerat. Donec (inq

d l.1.& 2. C. qñ lic. se sine iud.

e l.2 de custo. reor.

f l.11. §. sed si ad legem Aquil.

g d. §. sed si.

h l.17. de sic.

(inquit) homicidas dediderint. Tres igitur capiendi sunt, & in vincula publica coniiciendi, qui homicidas dedant. Non igitur deferre sufficit, sed deditione opus esse liquet manifestò. Mortem autem violentiâ illatam oportet. Sed si dubitetur, legi nostræ locum esse dicerem. Nam in necante culpa non deest: qui caussam dicturus in vinculis detineri debet, non tamen indicta caussa puniendus. Satiùs enim esse ait Vlpianus [i] *relinqui facinus nocentis impunitum, quàm nocentem damnari.* Ἔστι δ' ἀνδρολήψιον *(inquit Pollux)* ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφεύγοντας ὥς τινας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ. ἔξεστι γὰρ ἐκ τῶν ἐκδιδόντων ἄχρι τριῶν ἀπαγαγεῖν.

i l. 5. ff. de pœn.

Νόμος ι

Χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδραφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς.

LEX X.

Homicidæ aqua ablutoria, libationibus, crateribus sacris, foróque arcentor.

LEX XI.

Qui cædem fecerit, extorris esto, non solùm homo, sed & animal, atque inanimatum.

GVlielmus Budæus iuris, & Græci & Romani peritissimus scribit hanc legem à Dracone latam: cui congruere ait quod Geneseos [a] libro compræhensum est. Ἀνδροφόνων verò ἀνθρώπων pœnam superioribus legibus explicuimus. De animantibus & inanimatis videamus. Si quod igitur animal hominem necauerit, non solùm (vt ait Draco) exulare debet, sed & necandum id oportere ex veterum Legumlatorum monimentis constat: veluti si sus infantem necauerit, morti publicè addicenda est. Canem etiam mordacem occidi iubet lex Solonis apud Plutarchum in eo: cuius legis commeminit Iulius [b] libro primo Sententiarum receptarum. Sed & si pecus cum muliere coïerit interfici cum ea iubetur lege diuina [c]. Nā (vt ait Augustinus [d]) pecora inde credendū est iussa interfici: quia tali flagitio con-

[a] cap. 9.
[b] tit. 15.
[c] Leui. c. 20
[d] c. mulier. xv. q. 1.

taminata indignam refricant facti memoriam. Inanimata verò olim punita fuisse apud Suidam & Eusebium[e] *animaduerti. Cædes ab inanimatis factas in pritanæo iudicatas fuisse refert Demosthenes* κατ' ἀριστοκρ. *Scribit etiã Pausanias*[f] *Draconem, latis de cæde legibus, res inanimatas comprębendisse, veluti si quid fuerit collapsum, & hominem interfecerit. Vide inferiùs in legibus Solonis capitu. 44.*

e lib. 5. de præpa. Euã.

f in Eliaca.

FINIS.

ΣΟ



ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΘΗ-
ναίων ἄρχοντος ἀξόνικοι νόμοι.

SOLONIS ATHAE-
NIENSIVM PRINCI-
pis tabulares leges.

νόμος πρῶτος.

Σεισαχθείας κουφίσεσθαι τοὺς χρεωφειλέτας,

LEX PRIMA.

Excuſſo debiti onere, leuantor debitores.

SOlonem mira in Deos, & patriam pietate religioníſque cultu ornatiſsimum fuiſſe à grauiſsimis rerum ſcriptoribus proditũ ſcio. Leges enim verſibus editurus ita exorſus eſt, Plutarcho teſte locupletiſsimo.

Πρῶτα μὲν εὐχόμεθα Διῒ Κρονίδῃ Βασιλῆϊ

Θεσμοῖς τοῖς δὲ τύχλω ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Nouerat ſiquidem Deum imprimis adorandum, numénque venerandum, vt qui operis auctor eſt, eiuſdē adiutor eſſet. Cœptis igitur adſpiret DEVS opt. max. incœptum vnà decurrat laborem, détque facilem curſum, vt poſſim legum antiquarum arcana referre, veteríſque iuriſprudentiæ penetralia reſerare.

O pater Omnipotens rerum cui ſumma poteſtas,
Da facilem curſum atque animis illabere noſtris:
Nate Patris ſummi, cœptis his ſemper adeſto.

a l. 1. C. de vet. iu. enuc. Optimo itaque iure Deum operis præſulem inuocat Iuſtinianus[a]. Principio igitur inuocandus eſt Deus opt. max. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν ex certiſſimo CHRISTI DEI ſeruatoris noſtri promiſſo apud Euangeliographum Matthæum[b]. Legem autem hanc non ſine tenuiorum commodo à prudentiſſimo nomotheta Solone principio latam,

b cap. 6.

eúmque illi paruisse conscriptum reliquere Diogenes Laërtius lib.j. Decretorum in Solone, & Plutarchus in eodem. *Excussoriæ autem huius legis apud Athenas varios fuisse interpretes constat. Plerique enim non debiti remissionem constitutam, sed fœnoris mediocritate leuatos fuisse pauperes putabant: his interpretibus connumeratus est Androtion. Alij verò* Σεισάχθειαν, *tabularum omnium abolitionem fuisse rectiùs censuerunt: quorum interpretamentum Solonis poëmatis iuuari Plutarchus in eo scribit. Sed & prudētissimis rerum scriptoribus* Σεισάχθεια χρεῶν ἀποκοπὴν *significat. Constitutis autem ciuibus, ad exportandas pecunias, ab eo munere peregrinos reiecit, qui Atticè loqui nescirent. Porrò nullam actionem habere eum putauit Solon, quæ (vt ait Caius* [c] *) inanis esset propter inopiam debitoris. Sanè si patrimonium incrementum acceperit, æstimatis rebus, ære se liberari alieno cogi debitorem posse existimatum est.* [d] *Hanc autem legem primæ tabulæ insculptam fuisse Plutarchus commemorat. Tabularum*

c l.6. de dolo. ff.

d argu. l.4. §.j. de mun. & hon.

autem ignota series, nec secūdum eandem, leges has digereremus, impedimēto fuit. Recuperare *enim eas integras, nec ipse* D. Laërtius *potuit: quod & ipse ingenuè fatetur. Cæterùm Solonis quoque exemplo fisco debita* Hadrianum Cæsarem *remisisse* Spartianus *commemorat: ídque effecit, vt gratiam colligeret. Sed & apud* Plutarchum *in* Cæsare *legimus*, Σεισα-χθείᾳ ἐκούφιζε τοὺς χρεωφειλέτας. *Saturnum etiā* Iouis *patrem lege cauisse scribit* Lucianus, *vt diuites pro pauperibus amicis æs alienum exoluerent, atque ædium conductarum mercedem, si quid fortè & hoc debent, neque sint soluendo. verba legis hæc sunt,* Διαλυόντων δὲ οἱ πλούσιοι καὶ χρέα ὑπὲρ τῶν φίλων τῶν πενήτων, καὶ τὸ ἐνοίκιον, οἵ τινες ἂν καὶ τοῦτο ὀφείλοντες κατα-βαλεῖν μὴ ἔχωσι. *At hodie tantùm abest, vt inopibus subueniant: quinimò ipsos opprimunt:* δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων, τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά, *vt dicebat veritas ipsa* CHRISTVS DEVS

e cap.23. *apud* Matthæum[e]. *Solonianæ legi non absimilem*

milem tulit C. *Licinius* Stolo *Tribunus Plebis de ære alieno minuendo, ſicut in ea re teſtis eſt* T. *Liuius*. *Lex autem Solonia ad eos, qui grande æs alienum contrahunt ex ea pecunia interuerſa prædia coëmentes vxoribus, nõ pertinet. Fraudatoribus enim iura ſcripta non ſunt, nec impoſtores iuuant, idq; diui Seueri*[f] *reſcripto continetur. Conſule Plutarchum in Politicis.* f l.1. ad Velleian.

ΝΌΜΟΣ Β

Πρός τὸ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείσειν.

LEX II.

Corpore obligato, pecuniam fœnerari in poſterum ne liceat.

S*Vperiori adijcere hanc meritò putaui. Nã cùm ære alieno eximere ſe nequirent inopes, diſtrahere eos, ac* παραδίδοσθαι *cõtendebãt improbiſsimi fœneratores: quod hac lege vetitum eſt. Liberum enim corpus æſtimationem non recipere Caius*[a] *ſcribit. Tametſi verò* a l.6. de ijs qui deiec.

(vt

(vt Græcorum Senario constat.)

τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ,

ob æs tamen liberos seruire iura non pati rescripserunt Imperatores [b]. *Gallicis tamen cōstitutionibus in vincula publica conyciuntur, qui in hanc rem obligati sunt. Quo in genere, vsuve passim oberrant pragmatici: cùm constitutioni, nisi debitor soluendo non sit, locum non esse constet. idque ex principis sententia liquet manifestius. Neque in eum sensum, quē accipiunt, propendet constitutio quoquomodo: quod & instrumentorum ceræ ostendunt ita cōcipiendæ.* Et pour l'entretenement de toutes les choses susdites, & chacune d'icelles a ledit debteur obligé tous & chacuns ses biens meubles, & immeubles & droitz, & sa personne. *Sed nec ordini excussionis renuntiare debitores posse* Angelus Aretius, *&* Alexander *existimant* [c]. *Imperitissimi tamen tabelliones ordinem inuertunt his verbis, quibus imperitè quotidie vtuntur,* & souz l'expresse hypotheque

b l. ob æs. C. de oblig. & act.

c l. alia. §. elegāter. ff. sol mat.

que de ses corps, & biens. *Ob debitum ciuile quem ex obligatione in vincula publica conijci posse, & interpretum sententiâ, interpretatáque productione & Gallicis constitutionibus*[d], *& moribus receptum est: legibus tamen vetari scio. Sed nec ad hoc obligatum in vincula conijciendum ex facto consultus respondit* Romanus[e], *nisi prius excußione bonorum facta, sed abusu iniquo inuertitur ordo.* *Hanc autem legem* Solonis *esse* Laërtius *commemorat.*

d artic.165. abbre. proc.s.

e cons.224.

Νόμος γ

Τὸν τεθνηκότα κακῶς μὴ ἀγορεύσειν.

LEX III.

In mortuũ maledicta ne obijcito.

L*Egem hanc à Solone latam commemorat fidus eius interpres Plutarchus. Quemadmodum autem viuis debitoribus, superioribus legibus prospexit lex, ita mortuos iuuare commodißimum putauit. His enim iniuriam fieri vetuit. Sed & Imperatoris*[a] *constitutione*

a l.fin.C.de sepul. viol.

ne prohibitum scio, ne quis creditorum, defuncti sepulturæ impedimento sit, pignoráve eius capiat: quod & nouissima Iustiniani[b] *constitutione probatur: qui contrà fecerit, coërceri iubetur. Quod ait lex,* μὴ ἀγορεύσειν, *etiam ad eos, qui debitores non essent, pertinere ex legis sententia interpretatur* Plutarchus. *Iustum enim esse putat ijs abstinere, qui vitá excesserint: cuius rei nos admonuit etiam Græcorum Senarius.*

b const. 60.

Θνητὸς πεφυκὼς, μὴ γέλα τεθνηκότα.

Beatos enim illos apud Aristotelem[c] *credidit Solon, qui fati munus obiuerint: atque laudibus ornandos eos summæ prudentiæ vir* Plato[d] *putat: & maximè eos, qui res præclaras viui gesserint, & legibus paruerint. Sed nec bello victoribus licere ait occisos, præter arma, spoliare*[e].

c Ethic. 1.

d dialog. 7. de legib.

e lib. v. de repub.

Νόμος δ

Ἐάν τις γονεῖς μὴ θρέψῃ, ἄτιμος ἔσω.

LEX IIII.

Si quis parentes non nutrierit, infamis esto.

Sacr

SAcratiſsima id lege ſanxiſſe Solonem Laërtius ſcribit, vt parentes a filijs alerentur, idque principali reſcripto[a] continetur. Sed hoc ita accipiendum eſt, ſi filius in ea ætate ſit, vt alimenta præſtare poſsit: quod & Vlpianus[b] notaſſe viſus eſt. Sed & id ſummi, æterni, præpotentíſque DEI legibus[c] comprahenſum eſt. Commoda magna feres, ſi his legibus audias. Nam, vt ait poëta,

a l.2.C.de alen.lib.

b l.ſi quis à lib.ff. de libe.agn.

c Exod.20.

ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Id quod & Ciconia nos docuit apud Ariſtotelem, quæ parentes ſenio confectas alere exiſtimatur infantiæ ſuæ vices rependens. Ciconia Græcis dicitur πέλαργος. Hinc πελάργικοι νόμοι apud Ariſtophanem, quibus parentes alere iubemur. Quibus ſi quis non paruerit, parentéſque non aluerit, infamis eſſe iubetur à Solone ſapientiſsimo. Sed & exhæredari poſſe eos ex nouiſsimæ Iuſtinianeæ conſtitutionis ſententia[d] putamus. Ad parentes quoque alendos, pignoribus captis, cauſſáque ſummatim cognita, cogi eos poſſe Vlpianus[e] ſcribit. γονεῖς accipere debemus patrem, & matrem ex Pau

d arg. à maior. conſtit. cxv.

e d.l.ſi quis à lib.

f l.1c.de grad.ff. *li sententia* [f].

Νόμ☉ ε

Υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι.

LEX V.

Filij, quos parentes artem non docuerint, alere eos necesse ne habeant.

SVperiorem legem hac repreßit Solon: quãuis enim naturali iure parentes alere iubeamur, si tamen nullam artem nos docuerint, educare eos non cogemur. Nam *&* an *alendi sint parentes, iudicem æstimare oportere Vlpianus* [a] *ait.* Parentum *tamen necesßitatibus liberos succurrere iustum esse diuus* Pius [b] *rescripsit. Christianos etiã filios, tametsi eos nullam artem docuerint, parentibus subuenire debere diuinis legibus cautum existimo.*

a d.l.si quis à lib.

b .l.j. C. de alend.lib.

Νόμ☉ ζ

Μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν.

LEX

LEX VI.

Spurij patres alere necesse ne habeanto.

Huius legis commeminit Heraclides Ponticus hanc apud Plutarchum in Solone rationem adijciens. Qui enim (inquit) in compreßione mulieris decorum non seruat, non prolis, sed libidinis gratia eò impelli se liquidò ostendit. Vulgò igitur quæsitos à patre non alendos manifestò liquet: idque nouißima Iustiniani[a] *constitutione expressum est.* De ma*tre lex non loquitur: aliam tamẽ eius esse caussam Vlpianus*[b] *tradit. Nam ipsa vulgò quæsitos alere debet: hi quoque ipsam. Quid in eo negotij genere decreuerint Pontifices, academicásque interpretum controuersias prudens prætereo.*

[a] const. 89. §. fi.

[b] d. l. si quis. §. idẽ iuris.

Νόμος ζ

Ἀργὸς τῷ παντὶ κατηγορεῖν ἐθέλοντι ὑπόδικος, ἄτιμος ἔστω.

LEX VII.

Qui otia sectatur, omnibus accu-

ſare volentibus obnoxius ; infamis eſto.

Egem hanc à Solone quidem latam, ſed à Dracone ſcriptam apud Laërtium *libro primo Decretorum in Solone memoriæ prodidit* Lyſias. *Deſidiam autem meritò coërceri placuit*. Nam(*vt ait* Poëta)

ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά!

Optimo *itaque iure his verbis* Theſſalonicen-*ſes commonet* Apoſtolus [a] παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον φιλοτιμεῖσθαι, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν. *Deſides igitur accuſandi cuiuis ius eſſe hac lege ſanxit* Solon, *eóſque infames eſſe iuſſit ſeueriorem* Draconis *legem reprimens, qui otij conuictos morte plectendos ſanxiuerat. Ciues ſuos lege interrogare adſolebant magiſtratus* Corinthij, *quo artis genere, quóve modo victũ ſibi paraſſent. qui ſi ſumptibus opus, aut cenſum exuperari deprahendiſſent, in eos grauiſſimè animaduertebant, vt apud* Atheneum [b] Diphilus *refert. Si paßim (quod vellem)* Solonis *&* Corinthi *legibus relictus locus eſſet,* inter

a 1. Theſ. 4.

b lib. 6.

interirent furta, & latrocinia, quibus obrui rempub. nemo non videt. Quanta verò otium adtulerit incōmoda, quantúmve studijs obsit, clarissimi scriptores scriptum reliquêre: quæ ideo prætereo ne scholiographi lineas transilire videar, si modo illud ex Platone[c] *summæ prudentiæ viro adiecero,* ἡ σωμάτων ἕξις ὑπὸ ἡσυχίας μὲν, καὶ ἀργίας διάλλυται. *Illud quoque commodissimè subnectendum putaui, quod à Gordiano[d] rescriptum est desidiosis creditoribus longi temporis præscriptionem obesse. Sed & creditores negligentiæ suæ expensum ferre Scæuola[e] tradit subijciens,* VIGILANTIBVS IVS CIVILE SCRIPTVM ESSE. *Desidia quoque seruitutes amitti Imperator* Iustinianus[f] *constituit.* Palatinorum *quoque desidiam impunitam esse noluerunt diui* Principes[g].

c in Theæteto.

d l. 1. C si aduer. cred.

e l. pupillus. ff. quæ in frau. cred.

f l. fin. C. de seru. & aq.

g l. 1. de off. co. re. pri. C.

Νόμος η

Ἡγεμόνα καταληφθέντα μεθύοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

LEX VIII.

Princeps depræhensus ebrius mor-

te mulctator.

QVod de Principe ait lex, etiam ad reli-
quos qui reipub. præsunt magistratus
pertinet ex eius sententia: cuius explicationem
[a] dialogo j. & ij. de legi. ab vno Platone[a] petendam censeo vinum iudi-
cibus, & principibus omnino vetante. Sed &
apud eundem ebrietatem vetuit Minos: sed ijs
potissimùm, qui reipub. præsunt. Nam cùm
Principes summæ prudentiæ esse oporteat, &
(vt ait elegantissimus poëta)

ὁ πολὺς ἄκρατος μίκρ᾽ ἀναγκάζει φρονεῖν.

mirum nihil videri potest, si in principē ebriū
grauissimè animaduertendum lege sanxiuit So
lon. Sed & ebrietatis & ingurgitationis insi-
mulat Antonium M. Cicero in nobili Philip-
pica. Temulentos etiam, si quid deliquissent, du
plici pœna plectēdos censuit Pittacus: tametsi
vinolentiâ & ebrietate mentem euerti Hiero-
[b] c. vinolē-tum. 35. dist. nymus[b] scripserit, vinolentum insipientem ap-
pellans.

Vini quoque vsum Aaroni, & posteritati
[c] Leuit. c. 10 vetuit magnus, & æternus nomotheta Deus[c],
quum tentoria ingrederentur, ne morerentur,
&

& vt ſcirent diſcernere inter ſanctum, & profanum. Sed & vouentibus votum Naſir vinũ, & ſiceram vetuit Deus [d] *opt. max. Ebrij etiã epiſcopi communione priuari canonibus apoſtolicis iubentur apud Gratianum* [e]. *Hanc autem legem ex pentateuco Moſis mutuò accepiſſe videtur Solon, vt ex ſuperioribus liquet. Leuitas enim ebrios morte mulctandos iubet ſummus hominum, rerúmque effector Deus. Eandem quoque principum, magiſtratuúmque cauſſam eſſe aiunt Solon, & Plato. Porrò per vinum lapſis licet capitalis pœna remittenda ſit, militiam tamen mutare cogendos eos Menander* [f] *ſcribit.*

d Num. 6.

e c. 2. diſtin. xxxv.

f l. 6. de re milit. ff.

Νόμος θ

Ἐὰν τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλονται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὁντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι ὃν ἂν βούλονται διαιτητήν. ἐπὰν δ' ἂν βούλονται κατὰ κοινὸν μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι. καὶ μηκέτι καταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου ἐφ' ἕτερον δικαστήριον ταυτὰ ἐγκλήματα, ἀλλ' ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια.

LEX XI.

Si quidam inter ſe de priuatis contractibus litigauerint, velíntque rem ad arbitrum deferre, deligendi quem voluerint, ius eſto. Poſt quàm verò illum communiter elegerint, eius ſententiæ ſtāto: nec ampliùs cauſſam ad aliud tribunal deferanto, ſed iudicia illius rata ſunto.

Legis huius capita duo obſeruatè adnotari poſſunt: altero quidem quæ res ad arbitrũ deferri poſſunt: altero verò arbitrij vis continetur: quæ omnia meritò iunxit Solon. Quod ad primum caput attinet, ad eos, qui priuatorum ſunt, contractus, ſpectat. Quod & ita expreſſit atque explicuit Iauolenus [a] *lib.* XI. *ex Caſſio.* Non *ex omnibus cauſſis, ex quibus arbitri paritum ſententiæ non eſt, pœna ex cōpromiſſo committitur, ſed ex ijs duntaxat, quæ ad ſolutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent.* Ha*ctenus ille. Compromiſſum igitur de iure publico nullius momenti eſt.*

a l.39. ff. de arbit.

Huius

Huius rei fortißimum est argumentum, quod de priuatis contractibus compromitti liceat, vt ex Solone, & Iauoleno liquet. Alterum huius legis caput explicat clarißimus apud Græcos Orator Demosthenes κατὰ μειδ. τὴν δὲ μὲν (inquit) διαίταν ἀντιλαχὼν οὐκ ὤμοσεν, ἀλλα· &c. Quod & Vlpiano[b] *nostro placuit, dienti stari debere arbitri sententiæ, quam de re dixerit, siue æqua, siue iniqua sit: & sibi imputet, qui compromisit. Nam (vt diui Pij rescripto comprehenditur) vel minùs probabilem sententiam æquo animo ferre debet. Quod obseruari debere Proculus*[c] *ait, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est. Diuersum est in arbitratore: eius enim sententia ad arbitratum boni viri redigenda est. Quod ait lex ὃν ἂν βούλωνται. eam interpretationem habere cõstat, vt ij arbitri deligendi sint, quibus sententiam dicere legibus, moribúsque concessum est. Id autem minoribus vetuisse visa est lex Iulia apud Calistratum*[d]*. Mulieribus quoque idem nouißima Iustiniani Principis*[e] *constitutione prohibitum scio.*

b l. dié. §. 2. ff. eo.

c l. 77. §. fi. ff. pro soc.

d l. cũ lege. de arbit.

e l. fi. C. eo.

Νόμος ι

Σώματος εἰς δουλείαν ἐξ ἐλευθερίας ἀγομένου μὴ τὸν ἀφαιρούμενον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μέχρι δίκης.

LEX X.

Corporis ex libertate in ſeruitutẽ ducti libertas auferenda non eſt: ſed adſeruator: dominus ſuiipſius vſque ad ſententiam eſto.

a li.6. c.10. *Solonem huius legis auctorem fuiſſe Alexander ab Alexandro[a] cõmemorat. Vindicias ſecundùm libertatem dari lex iubet. Si de alicuius ſtatu controuerti cœptum ſit, libertatis gratiâ aduerſus eum, qui liber habetur, pronuntiandum non eſt. Libertatibus enim fauor exhiberi ſolet.[b] Quo in genere ita à diuis Principibus reſcriptum ſcio[c]. Lite ordinata, in poſſeßione libertatis is de cuius libertate quæritur, conſtituitur, & interim pro libero habetur. Quod ita accipiendum eſſe Paulus[d] rectè putat, vt ei, qui ſe dominum dicit aduerſus*

b l.26. §. j. de fideicõ liber.
c l.14. C. de lib. cauſ.
d l.14. ff. eo.

uersus cũ non denegentur actiones. μέχρι δίκης *liber erit(ait lex) vsqueadeò, vt si seruus sententiâ legitimis probationibus adhibitis pronũtietur: vindicet eum dominus, tametsi eóusque liber habitus sit.*

ΝΌΜΟΣ ια

ὧ βόλεῖαί τις τὰ ἀυτε (εἰ μὴ παῖδες ὦσιν ἀυτῷ) δοῦναι ἐξεῖναι.

LEX XI.

Cui voluerit quis, bona sua dandi (nisi filios habeat) ius esto.

ANte Solonis legem hæreditates in familia defuncti patris manere oportuisse Plutarchus in eo scribit, sed liberam testandi, legandíve facultatem Solon concessit: sed ita si liberi nulli essent: ídque optima ratione cautum fuit. Nam hæreditatem filiorum esse iussit summus, præpoténsque Deus apud Ezechielẽ[a] *Prophetã. Meritò igitur adiecit lex,* [a] cap.46. εἰ μὴ ὦσιν ἀυτῷ παῖδες. *Cũ(vt ait Caius*[b]*) principale ius testorũ est de liberis instituẽdis vel exhæredãdis &c. Illud enim necessariò efficiũdum* [b] l.30.de libe.& posth.

c constit. j. in nouel. *dū iubet Iustiniani*[c] *constitutio: quod & Apo-*
d Gala. 4. *stolus*[d] *circumacto euthymemate probat his verbis,* Εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος θεοῦ διὰ χριστοῦ.
Liberam quoque testandi facultatem repres-
e l. 1. ff. ad leg. Falcid. *sit lex* Falcidia, *quæ apud* Iulium Paulum[e] *ex-*
tat. Soloniæ huius legis commeminit Demo-
sthenes κατὰ Στεφ. α. ψευδομαρτ. ὅσοι (*inquit*) μὴ ἐπεποίηντο ὅσε μήτ᾽ ἀπειπεῖν, μήτ᾽ ἐπιδικάσασθαι, ὅτε σόλων τὴν ἀρχὴν τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι ὅπως ἂν ἐθέλῃ ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος ὑπὸ τούτων παρανόμων, ἢ ὑπ᾽ ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. *Hanc legem illic explicat Demosthenes, & ad filias producit.*

Νόμος ιβ

Ὅτι ἂν γνησίων ὄντων υἱῶν ὁ πατὴρ διάθηται, ἐὰν ἀποθάνωσιν οἱ υἱεῖς πρὶν ἐπιδιετεῖς ἡβᾶν τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην κυρίαν εἶναι.

LEX XII.

Quòd si pater legitimos habens filios testamentum fecerit, si mortui sint priùs, quàm pubertatem excesserint

rint, patris testamentum esto.

Huius legis auctorem Solonẽ fuisse Demosthenes κατὰ στεφαν. ψευδομαρτ. *scribit eã his verbis explicans,* Οὐκοῦν ὅποτε ζῶσιν ἄκυρος μὲν διαθήκη ἐστὶν ἥ φασιν οὕτω τὸν πατέρα καταλιπεῖν. *Quod & superioris legis verbis, atque sententiâ expressum est. Illic enim ita scriptum erat* εἰ μὴ παῖδες ὦσιν &c. *Hoc verò capite, vti quisque legâßit (sic enim cum antiquis loqui licebit) ita ius esse cauit Solon, si liberos non habeat: quibus superstitibus, irritũ esset testamentum, vt ait demosthenes. Sed & nullius momenti testamentum esse, quo suus præteritus est, Papinianus*[a] *respondit: idque Iustinianus*[b] *lib. II. Institutionum probat.*

a l. j. de iniust. rup. test.
b §. j. de exhære. lib.

Νόμος ιγ

Ὅς τις ἂν διαθέμενος ἀποθάνῃ ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θυλείας σὺν ταύταισι. ἐὰν δὲ μὴ, τοὺς δὲ κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων, ἐὰν δ᾽ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν. ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἢ παῖδες ἀδελφῶν, ἐξ αὐτῶν κατὰ ταυτὰ λαγχάνειν. κρατεῖν δὲ τοὺς ἄῤῥενας. καὶ

τοὺς

τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ ἀνδρὸς κατὰ ταὐτὰ κυρίους εἶναι. ἐὰν δὲ μὴ ἑτέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι. νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων.

LEX XIII.

Si quis inteſtatus moriatur, ſiquidē liberos muliebris ſexus reliquerit, familiæ domini ſunto cum eis *: ſin minus, hi bona poſſideanto. Sin fratres fuerint eodem patre nati, & ſi liberi è fratribus legitimi partem patris ſortiātor. Sin fratres non fuerint, aut fratrum liberi, ex eis eadem ratione ſortiantòr. Præferantor autem mares, & à maribus propagati, ſi ex eis fuerint, & ſi genere remotiores. Si verò non fuerint à patre vſque ad Sobrinos liberos, ij, qui ſunt à matre viri pari ratione poteſtatem habento*.

* ſcilicet maſculis interprete Demoſthene.

* famil'ę domini ſunto.

Sin

Sin ex neutra parte intra hos fuerint, proximus obtineto. Spurio verò, & ſpuriæ ius propinquitatis rerum, ſiue ſacrarum, ſiue profanarum, ne eſto.

SI *quis fidum huius legis interpretem deſyderet, vnum legat* Demoſthenem *in* Oratione *ὑπὲρ ἀγν. κλήρου, qui ait* Solonē *διαῤῥήδην loqui: rectiſſiméque putat* Demoſthenes *filios, & filias ad hæreditatem patris inteſtati ſimul vocari ex legis verbis, atque ſententia.* Inteſtatorum *verò familia, bonáve, quibus hodie obuenire debeant, nouiſſima* Iuſtiniani[a] *conſtitutione à multis perperam intellecta, ac in varios ſenſus eoſdémque iniquos rapta expreſſum eſt.* Legem *autem* Soloniam *in* xij. Tabulas *tranſtuliſſe* Decemuiros *conſtat: idq́; liquidò oſtendemus, cùm ad eorum leges peruenerimus.* a cōſti.us.

Νόμος ιδ

Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι θητικὸν θελοῦσι ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς ὁ, μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας

δρα

δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς οἷς αὐτῆς. ἐὰν δὲ [μὴ] πλείους * ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ τῇ ἐπικλήρῳ πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον. ἐὰν δὲ αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει· ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω, ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι, ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα.

* μὴ ex re & sentẽtia vacare videtur.

LEX XIIII.

Si quæuis infimi ordinis puella hæres nõ vult habere eum, qui ipsam generis propinquitate contingit, dote data, elocato, patritius quidem drachmis quingentis, eques trecentis, semieques centum quinquaginta, præter ea, quæ ipsa habet. Si verò plures sint in vna familia prò portione quisque conferat. Quòd si mulieres plures fuerint, necesse ne esto cognato plus

plus vna elocare, ſed proximus aut ipſe elocato, aut ipſe ducito. Quòd niſi genere proximus eã, vel elocauerit, vel duxerit, prætor eum cogat, aut locare, aut ducere. Quòd ni prætor cöegerit mille drachmas Iunoni ſacras debeto. Eum, qui detrectauit quiuis ad prætorem citato.

HAnc legem à Solone latam Demoſthenes in oratione ὑπὲρ ἄγνίου κλήρου, *eam vel fideliſsimè interpretatus cõmemorat: cuius ſignificantiſsima verba huc tranſcribere ſcholiographo non conuenit: commeminit & huius legis Plutarchus in Solone. Cæterùm pupillas cognatis nuptui dare lex permiſit, quod & inferiùs paulò explicabimus. Dotis verò quantitatem pro familiarum dignitate lex præſcribit. Dotis enim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti conſtituenda eſt*[a]. *Diuinus quoq; Plato dotes æquiſſimè conſtituiſſe viſus eſt: eas enim æquales pro æqualibus cõſtituit dialogo vj.* περὶ νόμων.

a l. cũ poſt. & l. quæro. ff. de iu. do.

Νόμος ιε

Καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπιδίετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί.

LEX XV.

Quòd si quis è pupilla fuerit natus, & simul pubuerit, ad biennium pecunias teneat, victum matri dimetiator.

F*Idum huius legis interpretem habes* Demosthenem. *Quum masculi familiarum & cognomenta, & dignitates retineant, mirũ videri non debet, si filium in hæreditate matri prætulerit* Solon. *Nam (vt nouissima* Iustiniani [a] *constitutione expressum est) prima successio penes descendentes est. Matrem tamen à filio ali debere iubet æquissimus* Solon. *Victus mensuram explicat* Demosthenes. *Est autem σῖτον, cibus.* Homerus.

σίτου κρειῶν κεκορημένοι.

Sed verius σῖτον hoc loco accipi oportere pro annua pensitatione ad alimenta viduarum: quo

a constitu. 118. §. j.

quo verbo & cibaria, veſtitum & habitationem contineri puto ex Vlpiani [b] ſententia. b l. cùm hi. de rranſact. cum ſimil.

Νόμος ιζ

Κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον, καὶ ἐπίκληρον ὅσοι εἰσὶ μῆνες, πλὴν τοῦ σκιῤῥοφοριῶνος· ἐπίδικον δὲ κλῆρον μὴ ἔχειν.

LEX XVI.

Sortitio fiat de hæreditatibus, & pupillis ſingulis menſibus, excepto Maio. Ea verò, de qua diſceptatio facta non eſt, hæreditatis non teneatur.

SI controuertant inter ſeſe filius, filiáque hæredes, id ſorte finiendum lex iubet, veluti ſi ambigeretur, vter hæres eſſet. Sed in hoc propendere mihi viſa non eſt lex. Nam (vt ait Vlpianus [a]) in ambiguis rebus humaniorem ſen- a l. 10. ff. de reb. dub. *tentiam ſequi oporteat, æquum eſt vtrunque æquis portionibus hæredem fore. Equidem ſortitionem ad familiam erciſcundam pertinere exiſtimo: ídque latiſſimè alibi à me diſputatū eſt. Cur autem in menſe Maio ſortiri minimè*

liceret, explicat Demoſthenes in oratione κατὰ Στεφ. ψευδομαρ. β.

Νόμος ιζ

ἐὰν ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου, ἢ τῆς ἐπικλήρου προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. ἐὰν μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος, τοῦ κλήρου προσκαλείσθω κατὰ ταῦτα, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει, τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἄρχοντι καθότι ἐπεδικάσατο οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.

LEX XVII.

Si quis de petitione hæreditatis cũ filia hærede relicta litigauerit, hæreditatem petens ad magiſtratus vocator velut ob aliam actionẽ. Iudicio ſe ſtaturũ ſpõdeto litigator. Si ſine citatione petierit, imperfecta legis de hæ ditate petita actio eſto. Si verò non viuat is, qui hæreditatem adijt hæres

res eius eodem modo vocato eum, cui nec adhuc tempus præterijt. Penes prætorem hæreditatis controuersia esto, quatenus is egit, qui hæreditatem habet.

EDixit Prætor[a] *in ius vocandos eos, quibuscum volumus experiri, adeò, vt si edictum de in ius vocando propositum non sit, neque ad notitiam peruenit, & absens dãnetur, sententiam nullius esse momenti constitutionibus demonstrari* Macer [b] *scribit.* Vocatum *autem satisdare debere staturum se iudicio iubet lex: quod & prætoris edicto compræhensum est:* IN IVS VOCATI VT EANT, SATIS, VEL CAVTVM DENT. *Satisdatonẽ autem accipere debemus (vt* Caius[c] *scribit) fideiussorum dationem: qui locupletes dari debent: idque* Vlpianus[d] *ait: in quorum locum successit domicilij electio apud Gallos regia constitutione, quæ de minuendis litibus edita fuit anno virginei partus* 1539. *Hæredem petentis hæreditatem vocari iubet lex.* Hanc

a §.omniũ. de pœ.te.litig.

b l.1.ff. quæ sent.si. app.

c l.1.ff. qui satisd. cog.

d l.2.ff. eod.

actionem aduersus hæredem petentis statuto legibus tempore vsucapi nõ posse cauit Solon: idq; non immeritò: nam nec hæreditatis petitionem vlla longi temporis præscriptione submoueri posse diui principes rescripserunt[e]. *Reliquam huius legis interpretationem ex Demosthene in oratione* ὑπὲρ ἁγνίου κλήρ. *Solonem huius legis auctorem aiente accipe. Hæreditas ad nos pertinet aut veteri aut nouo iure*[f]. *Veteri (vt ait Caius*[g]*) ex l. xij. Tabu. quæ ex his legibus desumpta est.*

e l. 7. C. de peti. hæred.

f l. 1. de pet. hære.

g d. l. 1.

Νόμος ιη

ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων, καὶ τῶν γυναικῶν ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων φάσκουσαι κυεῖν. τούτων ἐπιμελείσθω. καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν, ἢ ποιεῖν τι παράνομον κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος.

LEX XVIII.

Prætor gerat curam pupillorum, & pupillarum, & familiarum, quę inter

tereunt, & matronarum quæ manent in ædibus maritorũ mortuorum quæ se prægnantes aiunt. Horum curam gerat. Iniuriã fieri ne sinito, aut quicquam iniquum in eos committi: & potestatem habeat auctoritate magistratus pœnæ infligendæ secundùm rei exitum.

Solonem legibus permultis sanctissimè ijs, qui se, suáque per ætatem tueri nequeunt, cauisse Demosthenes ait in oratione ὑπὲρ ἀρνίου. *Magistratuum autem officium esse diui Marcus & Seuerus*[a] *rescripserunt, inquirere, qui tutores futuri sint pupillis idonei. Vrbi quoque præfectum curare debere Vlpianus*[b] *rectè putat, ne tutores pupillorum patrimonia minuant, aut euertant: quale sæpe euenire solet. Soloni etiam curæ viduas fuisse dicebat Demosthenes. Nam eas in virorum mortuorum ædibus manere iubet, eóque iure vtimur: potissimùm si se prægnantes dixerint: idémque Prætor edixit, vt qui ventrem in possessionem*

a l.24.ff. de tut. & cur.

b l.1. de off. præf. vrb. ff.

c l.1.de vẽt. in poſ. mit. *mittendum voluerit apud Vlpianum* [c]. *Prægnantem autem accipere debemus, quæ verè prægnans ſit: neque enim dicere ſe prægnantẽ*
d d. l.j. *ſufficit* [d]. *Sed & ita in viri ædibus manere debent prægnantes, vt quid contra legem non fa*
e toto tit. ſi vent. no. mul. *ciant.* Nam *dolum mulierum coërcet* Prætor.[e]

Νόμος ιθ

Τῶν ὀρφανῶν κληρονομήσων ἐπίτροπος μὴ ἔστω.

LEX XIX.

Pupillorum futurus hæres tutor ne eſto.

PRudentiſſimè *hoc à* Solone *cautum fuiſſe* Diogenes Laërtius *lib.j.* Decretorum *commemorat. Nam cùm hæreditatis pupilli ſpes agnatum inceſſerit, hunc eius vitæ inſidiaturum veriſimile eſt: ideóque id optima ſta*
a li.6.c.10. *tutum ratione* Alexander ab Alexandro[a] *ait, ne qua fraus, dolúſve pupillorum exitio fieret.* At *diuerſum à* Solone *ſtatuit lex xij.* Tabularum *in hæc verba.* QVIBVS TESTAMENTO TVTOR DATVS NON

EST

EST, AGNATI TVTORES LEGITIMI SVNTO. *Summam enim prudentiam esse Vlpianus*[b] *ait, vt qui sperant hanc successionem, ij bona tuerentur.* Hæc pugnantia non sunt. Nam legi decemuirali locum esse *idem Vlpianus*[c] *putat, si legitimi tutores satisdederint: quò cogendos eos ait.*

b l.1. ff. de legit.tut.

c l.5. ff. eo.

Νόμος κ

Ἐπίτροπον τῶν ὀρφανῶν μητέρι μὴ συνοικήσειν.

LEX XX.

Tutor pupillorum matri eorum ne cohabitato.

QVum extimuisset Solon, ne pupillorum tutor eorum matrem, aut expugnaret, aut circunscriberet, huic illum cohabitare vetuit. Adsolent enim (vt ait M.[a] Cicero) tutores perfidi, & nefarij, socium, qui negotio coniunctus est, fallere. Iure autem nostro ciuili à præside, caussa cognita, statuendum ait Vlpianus[b], vbi morari, educarive pupillus de-

a in Orat. pro Rosc. co.

b l. 5. vbi pu. edu. de.

beat. Caussa cognoscetur, si tempus, si personarum, rerúmque conditio spectetur, vt eidem c l.1.ff.eo. *Vlpiano* [c] *placuit. Apud eum verò, quem pupillo insidias paratum ire verisimile est, morari eum non debere diui Principes* [d] *rescripserunt: eóq; Solonianæ legis sentẽtia propendet.* d l.fi.C.eo.

Νόμος κα

Ἐὰν τις τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριος γεγονὼς, κατὰ τὸν νόμον αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυιέσθαι.

LEX XXI.

Si quis lege obtinuerit, vt ei pupilla hæres elocata sit, factúsque sit dominus, ad rem autem venereàm minùs idoneus, proximior viri admittitor.

Absurdi, ridiculíque quid hac lege contineri Plutarchus in Solone existimat, vt quæ ad hominis coire nequeuntis vxorem, propinquiorem vocet. Subijcit tamen eò probari, quò ex viri necessarijs vnum sibi vxor deligeret.

ret. Ne *(inquit) alienum, quod nasceretur, esset* Hanc autem legem diuinis, sacróque sanctißimis præscriptis confirmari scio: Deuteronomij[a] enim ita scriptum est. SI HABITAVERINT VNA FRATRES, MORTVVSQVE FVERIT ALTER EORVM ABSQVE FILIO, NE NVBAT VXOR DEMORTVI ALIENO VIRO FORIS, SED LEVIR EIVS AD EAM INGREDITOR, ET DVCAT SIBI VXOREM, COGNATIONISQVE IVRE IN EAM VTITOR. *Nam (vt ait Augustinus[b]) non est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua sexus commixtio non dicitur fuisse.* Sed id sacro pontificum[c] iure vetitum est. *Quod autem diuina Solonisq; lex concesßit, id quoque licitum veteres credidisse diui principes[d] retulerunt.* Sed eos tanquam incestum committere Honorius[e], & Theodosius rescripserunt eóque iure vtimur. Nefas enim esse aiunt pontifices fratris vxorem ducere, viduámque fratri viri nubere. Natos

a cap.25.

b c. nō est. 27. q. 2.

c c. si quis. ea. cau. & q.

d c. 1. de incest. nup. C. Th.

e ca. pe. eo. ti. C. Th.

tos autem ex eiusmodi consortio spurios esse iusserunt Imperatores[f] *,atque ideo hæreditatem patris capere eos non posse ijdem*[g] *constituerunt.*

f d.c.1.

g d.c. pe.

Νόμος κβ

Ἐὰν τις μὴ δυνάμενος συνιέναι χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνων ἐπίκληρον, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζόμενος φύσιν φιλοπλουτίας, καὶ ὕβρεως δίκην δοῦναι.

LEX XXII.

Si quis ad generandum idoneus non sit, sed bonorum gratia vxorem duxerit contra naturam, cupiditatis, & iniurię in eum actio dator.

HAnc legem à Solone latam Plutarchus ait in eodem. Contra naturam matrimonia vocat lex, quæ non liberorum procreandorum, sed opum caussa contrahuntur: qualia sæpe vidimus. Ideo autem mas & fœmina coniunguntur, vt liberos progenerent: idq; Vlpianus[a] *significare mihi visus est.*

a l.1.de iusti.& iur.

Νόμος κγ

ἰμὰ

ἱμάτια τρία καὶ σκεύη μικρῦ νομίσματος ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην.

LEX XXIII.

Vestes tres, & parui pretij vasa, aliud prætereà nihil, secum importanto nuptæ.

SCribit Alexander [a] *ab Alexandro Solonem vetuisse, ne viris vxores ducentibus dotes darentur: quod Lacedemonijs à Licurgo vetitum ait.* N*am (vt in Solone ait* P*lutarchus) neque mercede, neque pretio, sed liberorum gratiâ atque beneuolentia nuptiæ contrahi debent.* Hodie χρημάτων ἕνεκα *nubunt puellæ.* Hinc *natum est* Gallicum *prouerbiũ,* L'on espouse l'argẽt, & nõ la femme. *Sanè vestes tres, paruíque pretij vasa ad viros inferre nihil aliud præterea nupturis concessit lex.* Hæredes *tamen eas parentibus fore minimè vetat.* At *verò cùm hominum auaritia, cupiditásque ita virescere, atque augeri cœperunt, vt vix aut raro citra dotem maritos non comperiebant puellæ, æquissima, pruden*

[a] gen. di. li. 4. c. 8.

dentißimáque diuorum Seueri, & Antonini (quos iamolim præmonuerat Plato dialogo vj. περὶ νόμων) constitutione filias in matrimonium collocare, & dotare iubentur patres apud Marcianum [b].

b d.l. 19. ff. de rit. nupt.

Νόμος κδ

Ἐάν τις πρὸς δακτυλογλύφον δακτύλιον πωλήσῃ, ἀγαλμάτιον φυλάττειν μὴ ἐξέστω.

LEX XXIIII.

Si quis anulario anulum vendiderit, signum seruari fas ne esto.

a l. 19. ff. de au. & ar. le.

Sigillum auro inclusum ei cedere Vlpianus[a] *ait: ideóq; qui anulario anulum vẽdiderit, sigillum ei inclusum adseruare venditori non licere hac lege cauit Solon: huiúsque rei argumento est gemma anulo, aut candelabro inclusa apud Iulium Paulum* [b].

b l. gemma. ff. ad exhib.

Νόμος κε

Ἐάν τις αἱμασίαν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν ᾖ τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ

δὲ τάφρον, ἢ βόθρον ὀρύττῃ ὅσον τὸ βάθος ᾖ τοσοῦτον ἀπολίπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν, ἐλαίαν δὲ καὶ συκὴν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας.

LEX XXV.

Si quis ſepem ad alienum prædiũ fixerit, infoderítque, terminum ne excedito: ſi maceriam, pedem relinquito: ſi verò domum, pedes duos, ſi ſepulchrum, aut ſcrobem foderit, quantũ profunditatis habuerint, tantùm ſpatij relinquito: ſi puteum, paſſus latitudinem: at verò oleã aut ficum ab alieno ad nouem pedes plantato. Cæteras arbores ad pedes quinque.

Modum in finium regundorum actione à Solone Athenis præſtitutum obſeruandum Caius[a] *lib. iiij. ad legem xij. Tabula. ſcribit illius verba recenſens: à quo acceptam hanc legem refero. Hac tamen in lege variant exemplaria. Nam Pandectæ Florentinæ πα-*

[a] l. fi. ff. fin. regund.

ρα6

ραβαίνειν *habent: vulgatæ* διαβαίνειν. *Verisimiliorem autem & rectiorem* Florentinam *existimo: quò me impulit* Hesiodi *versus de iniquo iudice loquentis*, ἔργων καὶ ἤμερα παραβαίνουσι δίκαιον. Hanc *autem* legem *à* Decem*uiris translatam in libello xij.* Tabularum, *duce* DEO, *ostendemus.*

Νόμος κζ

Ἐάν τις ἐλαίαν ἀθήνησιν ἐξορύττῃ, ἐὰν μὴ εἰς ἱερὸν ἀθηναίων δημόσιον, ἢ δημοτικὸν ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐπ' ἀποθανόντα δέῃ χρήσασθαι, ὀφείλειν ἑκατὸν δραχμὰς ὑπὲρ δημοσίῳ τῆς ἐλαίας ἑκάστης. τὸ δὲ ἐπιδέκατον τούτου τοῦ θεοῦ εἶναι. ὀφειλέτω δὲ καὶ ἰδιώτῃ ὑπὲρ ἐπεξιόντι ἑκατὸν δραχμὰς καθ' ἑκάστην ἐλαίαν. τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι.

LEX XXVI.

Si quis oleã Athenis effoderit (nisi ad templum Atheniensium publicũ, aut municipale requiratur) in suos vsus vsque ad binas oleas quotannis

ad

ad funus ijſdem vtendum ſit, centenas de ſingulis oleis drachmas ærario debeto: atque eius mulctæ decimæ Mineruæ ſunto. Debeto & homini priuato, à quo reus peractus eſt centenas drachmas in ſingulas oleas: actio autem detur à Nouemuiris earum rerũ:quarũ ſinguli iudices ſunt.

HVius legis commeminit Demoſthenes ὑπὲρ ἀγνίου. Quod de olea dictum eſt, idem de cupreßis ex luco Daphnes, aut Perſeidos dici diuorum[a] *Theodoſii, & Valent.* a l.2.de cu-
cõtinetur. Præcidi aũt, aut quouis modo lapſas preſ.li.xj.C.
transferri cupreſſos vetant: ſed nec licet emptoribus comparare: idq́; Arcadius & Honorius[b] *reſcripſerunt. Non ineptè quæſitum* b l.j.C.eod.
ſcio à Ioanne Platæo[c]*, an qui non totam arbo-* c d.l.2.
rem cædit, ſed eius partem, an in pœnam arborem incidentis inciderit? & incidere ait: cuius
ſententia ab Vlpiano[d] *probatur. Sed & adij-* d l.7.in fi. ff.ar fur.cę.
cit ex Iuliano[e]*, ſi geminam arborem cæderit,* e l.:o.ff.co.
an pro vna, an pro duabus plectendus ſit? &

ait quot arbores super terram essent, totidem mulctas illi infligendas. Extant *&* in eadem *rem plurimæ* Francisci Valesij *&* Henrici II. Gallorum Regum cõstitutiones. *Quod de olea dictũ est ad reliquas fructiferas arbores pro-*
f l. 7. ff. eo. *ducit Vlpianus* [f]. *Iure quoque moribus recepto apud Marchiam grauissimè in eum animaduertitur, qui quercum proceram exciderit: cuius rei cognitio aquis, & syluis præfecto competit.*

Νόμος κζ

Ὅπου ἐστὶ δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ χρῆσθαι τούτῳ. ὅπου δὲ πλεῖον ἀπέχει ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον, ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσι, τότε λήψεσθαι παρὰ τοῦ γείτονος ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας.

LEX XXVII.

Vbicunque publicus puteus erit intra hippicum vtuntor, qui longiùs abfuerint propriam sibi aquam quęrunto: si effodientes decem palmarũ profunditate nõ inuenerint aquam, tunc

tunc à vicino ſex hydrias bis ſingulis diebus accipiunto.

AEquiſsimum putauit Solon, ſi hominum indigentiæ ac neceſsitati ſubueniret. Nã cùm (vt ait Plutarchus in eodem) Atticæ perẽnium fluuiorum, lacuum & fontium copia minimè ſuppeteret, ſed Atticorum plerique puteis vterentur, hanc legem tulit, quâ ſeruitutẽ aquæ hauſtus cõſtituit. Eſt autem hippicum, quatuor ſtadiorum diſtantia. Seruitutes autẽ aut natura loci, aut lege, id eſt, pactione, aut iure ipſo, aut vetuſtate conſtitui apud Vlpianũ[a] *animaduerti. Huius legis auctorem adſerunt Solonem Plutarchus & Alexander ab Alexandro*[b] *Genialium dierum libro ij. Cæterùm in aqua puteali non aquæ ductus, ſed hauſtus ſeruitutem imponi poſſe idem Vlpianus*[c] *ſcribit. De putealis aquæ ſeruitute fuſius ediſſerit Bartolomæus*[d] *Cæpola in tractatu ſeruitutũ, quã vt huc tranſcribi poſsit. Tu illum, adhibito iudicio, conſulas.*

a l. 1. ff. de aq. & aq. plu.

b cap. 10.

c l. 1. de aqua quoti.

d de puteo.

Νόμος κη

Μελιοσῶν σμήνη καθιστάμενον ἀπέχειν, τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους.

LEX XXVIII.

Si quis apum aluearia condiderit, ab alterius antè conditis trecentis pedibus abito.

INiquum, Plutarcho teste, existimauit Solon, si apiaria propiùs, non sine magno vicinorum incommodo, ponerentur. Aluceariorum autem sedes, stationes, & quì poni debeãt, edocet Vergilius lib. iij. Georgicorum, & M. Varro lib. iij. de re rustica: quorum verba huc transcribere vanissimi esset operis. Huius verò legis nullæ in Pandectis Iustiniani extant reliquiæ, nisi quod in apibus Caius[a] ait naturã earum feram esse: subnectens, examen earundem, quod aluco nostro euolauerit, nostrum esse intelligi, donec in nostro conspectu est: cuius sententiam probat Iustinianus[b] libro ij. Institutionum.

a l. 5. ff. de acq. rer. do.

b de rer. di. §. apium.

Νόμος κθ

Λύκ

λύκον τῷ κομίσαντι πέντε δραχμὰς ἐδίδοσαν· λυκιδέα δὲ μίαν. τὸ μὲν βοὸς εἶναι τὸ δὲ προβάτου τιμήν.

LEX XXIX.

Qui lupum captum adtulerit, ei quinque drachmę dentor, qui lupam vna: illud bouis: hoc ouis pretiũ esto.

Demetrius scribit apud Plutarchum hãc legem à Solone latam. Vetustissima autem fuit Atheniensibus consuetudo cum lupis bellum gerere. Satius siquidẽ putabant pascuo agro, quàm agriculturæ operam dare. At cùm genus acre luporum pecoribus inimicum naturâ ferâ prædetur, vt ait Vergilius[a],

Prædarique lupos iussit.

optimo iure lupum capienti præmium deberi cautum est. Leones quoque occidere licere *Honorij*[b] *& Theodosij rescripto continetur. Sed & vrsum nocentem necandi ius esse Vlpianus*[c] *ait: cuius scripta ad cæteras feras produci, porrigiq; possunt. Maius autem præmium capienti lupum deberi censuit* Solon.

a li.j.Georgic.

b l.vnica. de ven.fer.

c l.1.si quadru.pau.fe.

cuius rei differẽtiæ rationẽ satis perspicere nequeo: cùm lupa lupo acrior videatur. prætereà si prægnans ea sit, ob idq́; maioris dãni caussam datura. Hoc *ita explicat* Angelus *Aretius lib.j.* In*stitutionum*[d], *vt lupatini (sic enim ipse loquitur) pro non natis habeantur: & cùm labor in capiendo vnicus sit, vnicum præmiũ deberi ait. quid si nati sint, vno præmio adhuc contentum esse debere apud eundem existimat* Baldus. *De bobus ouibúsque potiùs, quàm de cæteris lex loquitur, ob vberius commodũ.* P*retij tamen varietatem adferunt loca, & tempora, vt* P*aulus*[e] *noster ait.* Δραχμὴ *numi genus apud* Atticos *est, quæ sex obulos continet, vt putat* Ari*stophanis interpres in* P*luto.*

d §.cũ aũt. de tutel.

e l.63. ad legem Falc.

Νόμος λ

Ἕνην, καὶ νέαν μηνὸς καλεῖσθαι.

LEX XXX.

Dies trigesimus, & vltimus mensis dicitor.

G*Rauissimus rerum scriptor* Alexander *ab* Alexandro[a] *&* Plutarchus *in* Solone

a li.4.c.20.

ne ſcribunt eundem huius legis auctorem, eúmque non ad Solis, ſed ad Lunæ meatum dinumerasse. Iure *quoque noſtro ciuili menſes* xxx. *dierum eſſe conſtat apud* Iulium Paulum [b]. Nam *quod ait*, & qui ſexageſimo primo *&c. eam habet interpretationem, vt qui intra diem vnum poſt duos menſes tranſactos venerit, audiendus ſit.* Menſem *autem definit* Plato *in* Timæo (M. Cicerone *interprete*) *quãdo* Luna, *luſtrato ſuo curſu,* Solẽ *cõſecuta eſt.* Quod *ad menſem intercalarem attinet, addititium eum vocat* Cato *apud* Celſum [c], *conſtátque* xxviij. *diebus.* Diem *autem trigeſimum optimum eſſe ad opera inſpicienda, dimensáque diuidenda ait* Heſiodus:

b l. vbi lex. de regu. iur.

c l. 93. de verb. ſigni.

Ἤματα δ᾽ ἐκ δ᾽ ὄθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν.
Πεφραδέμεν δ᾽ μώεσσι τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην,
Ἔργα τ᾽ ἐποπτεύειν ἢ δ᾽ ἁρμαλιὴν δατέασθαι.

De *menſibus vide* T. Gazam *in eo, qui de menſibus inſcribitur, libro.*

Νόμος λα

Τῶν γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου

μόνον δοῦναι ἐξέστω, ἄλλα δὲ ἐξάγειν μὴ ἐξέστω, καὶ περὶ τῶν ἐξαγόντων ἀρὰς τὸν ἄρχοντα ποιεῖσθαι, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν δραχμὰς ἑκατὸν εἰς τὸ δημόσιον.

LEX XXXI.

Ex fructibus oleum ſolum ad peregrinos abſportandi ius eſto, alios fructus minimè. In eum, qui abſportauerit, execrationes faciunto magiſtratus, aut drachmas ærario perſoluũto.

OLeũ exportandi Athenienſibus ius fuiſſe conſtat, alios fuiſſe non item: ídque Solonem cauiſſe Plutarchus in eo commemorat. Sed & ficus exportare licuiſſe idem ſtatuit. Diuorum tamen principum[a] *conſtitutione vetitum ſcio, ne ad barbaros, hoſtéſve oleũ vinum liquamináve alia exportare liceat.*

a l.1.C.quæ res export.

Νόμος λβ

Τῷ ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἑκατὸν δοῦναι, τῷ δ' ὀλύμπια πεντακόσια.

LEX XXXII.

Victori in Iſthmia drachmæ centum

tum dantor, in Olympia quinquaginta.

Modeſtinus[a] *ſcribit victori pecuniam dari ſolitam fuiſſe. Coronis quoque ſacri certaminis tribus donatos, ciuilibus numeribus vacare diuus Alexander*[b] *reſcripſit. Olympia autem ludos fuiſſe, quinto quoque anno celebrari ſolitos Suidas memoriæ prodidit. Iſthmia erant ludi in Peloponneſo in honorem Neptuni celebrati.*

a l.10. de pollici.

b l.1. C. de athlet.

Νόμος λγ

Κύνα δακόντα κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον παραδοθήσεσθαι.

LEX XXXIII.

Canis mordax trunco quatuor pedibus ligatus deditor.

Legem hanc à Solone latam Plutarchus ait in eodem: cuius quoque commeminit Paulus[a] *lib. j. ſententiarum apud quem non peſulania, ſed Solonia legendum eſt: idque in vetuſtiſſimo exemplari manu ſcripto de-*

a tit.15.

præbendi. Quod de cane Solon cauit ad quadrupedes reliquas produxere Decemuiri in xij. Tabu. illic enim ita scriptum est. Si quadrupes pauperiem fecerit, ei, cuius intererit aduersus eum, qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis esto. Idem quoque à Prætore edictum Vlpianus [b] *ait. Sed & si non quadrupes, sed aliud animal dānum dederit, pauperiēmque fecerit, vtilem actionem competere Iulius Paulus* [c] *rectè putat.*

b l. 1. ff. si quad. paup.

c l. pe. ff. eo.

Νόμος λδ

οὐδεὶς ξένος, πλὴν οἱ φεύγοντες ἀειφυγίᾳ, ἢ πανεστίοις ἀθήναζε μετοικιζόμενοι ἐπὶ τέχνῃ, πολίτης ἔστω.

LEX XXXIIII.

Peregrinorū nemo ciuis esto, nisi perpetuò exul sit, aut cum Dijs penatibus, & familia ad artem exercendā Athenas migrans.

HAnc legem non ideo à Solone latam existimatum est, vt cæteros deterreret, sed vt eos, repub. promissa, alliceret putans eos fidos

dos ciuitati futuros, & qui necessitate patriam amisissent, & qui eam sponte reliquissent. Nam & ciuitatem plurimis hominũ generibus indigam summæ vir prudentiæ Plato ait lib. ij. πολιτ. cuius verba refert Calistratus[a]. Δεῖ γὰρ πλειόνων ἄρα γεωργούντες, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν καὶ τῶν ἄλλων διακονῶν. *&c. quæ fusiùs apud Platonem comperies, quàm in plus iustò accisa πανδεκτῶν Iustiniani architectura.*

[a] l. 2. ff. de nund.

Νόμος λε

Ἐὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν, ἐὰν δὲ ἁλῷ πεπράσθω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔστω τοῦ ἑλόντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀστῷ συνοικῇ, κατὰ ταυτὰ καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς.

LEX XXXV.

Si hospes mulierem ciuem duxerit, quacunque tandem arte, aut machinatione quiuis Athenienſium, cui id licet

licet,apud Sexuiros eum accuſet.Qui ſi damnatus fuerit,venum detor ipſe & res eius,& triēs ſit cōuincenti. Similiter ſi peregrina ciui cuidā nupſerit, pari ratione is, qui peregrinitatis dānatam habuerit in matrimonio, mille drachmis mulctator.

SI quis huius legis à Solone *latæ fideliſsimū efflagitet interpretem*, Demoſthenem *legat in* Oratione τῶν νεαίρ. *Hac autem lege non tantùm coitus externos,ſed & externa, peregrináque vetantur matrimonia:idq; ſubſequenti lege oſtenditur.* Huius *etiam legis commeminit* Horatius *in arte poëtica.*

-fuit hæc ſapientia quondam
Publica priuatis ſecernere,ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago,dare iura maritis.

Συνοικῇ, *non* γαμεῖν *verbo meritò vſa eſt lex. Nam cùm peregrinis coire vetat. Sed & matrimonia peregrina inhibet. idq; legibus cautum,moribúſque receptum fuiſſe* Terentianus Simo *de* Glicerio *peregrina, falsò tamen, credita*

dita loquens refert.

- vt prӕter ciuium
Morem atque legem, & ſui volũtatem patris,
Tamẽ hanc habere ſtudeat cũ ſummo probro?

Qui itaque aduerſus prӕtérve legem coëunt, matrimonium non inire & verbis legis, ac ſententia comprӕhenditur: quod & Iuſtinianus [a] *lib.j.* Inſtitutionum *probat: idq; etiam* Roma*nis legibus cautum fuiſſe argumento erit, quod lib.j.* Inſtitutio. *Caius* [b] *ſcribit in hӕc verba,* Legitimӕ*(inquit) ſunt nuptiӕ, ſi* Romanus Ro*manam duxit vxorem.*

a §. ſi aduerſus. de nup.

b titu. 4.

Νόμος λζ

Ἐάν τις ἐκδιδῷ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ ἀθηναίῳ ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔστω. καὶ τοῦ ἁλόντος τὸ τρίτον μέρος. γραφέσθω δὲ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας οἷς ἔξεστι καθάπερ τῆς ξενίας.

LEX XXXVI.

Si quis viro Athenienſi peregrinã elocauerit tanquam ſibi cognatam infamis eſto, bonáq; eius populi ſunto,

to, publicentórve:conuincenti tertia pars dator: accuſetúrque apud Sexuiros velut peregrinitatis.

HAnc quoque ſuperiori legi meritò adiecit Solon extranea vetans matrimonia. Si quis igitur nuptui peregrinam ciui elocauerit infamem, bonis eius proſcriptis, eſſe iubet.

Νόμος λξ

Ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα. ἐὰν ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους.

LEX XXXVII.

Quicunque legitimè deſponderit vxorem, huic ſi negotio adſit pater, fratérve germanus vel auus paternus, ex ea liberi germani ſunto, ac legitimi.

a l.2.de rit. nup.ff.

PAulus [a] ſcribit nuptias conſiſtere non poſſe, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorúmque in poteſtate ſunt. In copulandis itaque nuptijs patris conſenſum requirit Solon:

Solon: alioquin neque nuptias constare; neque hinc natam prolem legitimam esse. Sanè si pater, cognitis filij nuptijs, non contradixit, nepotem ex filio agnoscere eum oportere diuus Alexander [b] *rescripsit. Quod de fratre ait lex, eò pertinet, vt adesse sufficiat. Quo in genere non tam agnatorum auctoritatem, quàm eius quæ coniungitur voluntatem spectandam diui* Gordiani [c] *rescripto continetur. Adeò verò patris consensus exigitur, vt si post dissolutum matrimonium filia citra patris consensum ad eundem virum regressa est dotem iam datam à patre repeti posse idem rescripsit.* Re*ctè igitur à* Iulio P*aulo* [d] *existimatum est nuptias sine patris consensu non consistere.* No*uissimè quoque optimus princeps noster in eandem rem, & sententiam rescripsit,* HENRI par la grace de Dieu &c. Auons dit statué & ordonné par edit, loy, statut & ordõnance perpetuelz & irreuocables, que les enfans de famille ayants contracté, & qui contracterõt parcy-apres

b l.5. de nup. C.

c l.8. C. eo.

d d.l.2.

apres mariages clandeſtins contre le gré vouloir, & conſentement, & au deſceu de leurs peres, & meres puiſſent par telle irreuerence, ingratitude, meſpris, & contemnemẽt de leurs peres & meres trãſgreſſion de la loy, & commandement de Dieu, & offenſe de l'honneſteté publique inſeparable d'auec l'vtilité eſtre par leurs-dits peres & meres & chacun d'eux conduitz, exheredez, & excluz de leurs ſucceſſions ſans eſperãce de pouuoir quereler l'exheredaciõ qui ainſi aura eſté faite. Puiſſent auſſi leurs-ditz peres & meres par les cauſes que deſſus reuoquer toutes, & chacunes les donations, & auantages qu'ilz auront fait à leurs-ditz enfans. Voulons auſſi & nous plait, que les-ditz enfans, qui ainſi ſeront illicitement conioinctz par mariages ſoyent declarez eſditz

cas

cas d'exheredacion, & les declarons incapables de tous auãtages, profitz, & emoluments qu'ilz pourroyent pretendre par le moyen des conuentions apposées ez contrats de mariage, ou par le benefice des coutumes, & loix du Royaume: du benefice desquelles les auons priuez, & deboutez, priuõs, & deboutons par ces presentes comme ne pouuants implorer le benefice des loix & des coutumes, eux qui ont commiz contre la loy de Dieu, & des hommes. * Et d'abondant auons ordonné, & ordonnons, que lesditz enfans conioinctz par maniere que dessus, & ceux qui auront traité telz mariages auec eux, & donné conseil, & aide pour la consummation d'iceux soyent subietz à telles peines que seront aduisées selon l'exigence des cas par noz iuges, ausquels la congnois-

* c. quia frustrà. de vsuris. in anti.

ſance en appartiẽdra: dont nous chargons leur honneur, d'autant qu'il y a transgreſſion de la loy, & commandement de Dieu dont ne ſe peuuent couurir d'ignorance & de tolerance au contraire. Neantmoins pour ne perturber les mariages qui ſont en repos, & ne donner à noz ſubiectz occaſion d'entrer en grãdes, & groſſes quereles, & differẽts n'entendons en ce cõprẽdre les mariages, qui aurõt eſté cõſummez au parauãt la publicatiõ des preſentes par copule charnele. Ne voulons auſſi, & n'entendons comprendre les mariages qui auront eſté, & ſeront contractez par les filz excedants l'age de trente ans, & les filles à xxv. ans paſsés* & accompliz: pourueu qu'ilz ſe ſoyent mis en deuoir de requerir l'aduiz & conſentement de leurſditz peres & meres. Ce que voulons

* nouella Iuſti. 115.

lons aussi estre gardé pour le regard de ceux qui se remariēt: desquels soufira requerir le conseil & aduiz : & ne serōt lesdits enfans audit cas tenuz d'attendre leur consentement. Hactenus princeps noster nomotheta Gallicus, qui legibus antiquorum pœnam addit in liberos, qui in parentis potestate sunt, qui insciis patre & matre nuptui se dederūt. De auo princeps noster non loquitur, puto tamen eiusdem sententiâ eos comprehendi. Nepotes enim, mortuo patre, in aui potestatem recidere incogniti iuris non est: ob idque aui consensum requirendum iussit Solon, quod & Vlpiano[e] placuit. Romani quoque pontifices[f] aliter coniugium non esse, nisi ab iis, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, decreuerunt: aiuntque patris consensum requirendum[g]. Sed & antiquitas, quæ nec Deum opt. max. neque eius hagiographa nouerat, filiæ nubēdi libertatem abstulit, concessitque eam patri, cuius consensu fi-

e l.9. de rit. nup.
f c. aliter. 30. q. 5.
g c. nō omnis. c. honorārut. 32. q. 2.

liarum nuptiæ ſubſiſtebant: alioquin contrà id quod Euripides *in* Andromacha *ſignificantiſsimè expreſsit.*

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ
Ἐμὸς μέριμναν ἕξει. κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Fuſiorem huius edicti interpretationem ſi quis efflagitet, oculis perluſtret Ioannis Coraſij *præceptoris mei eruditiſsimi, & Gulielmi* Mel*lierij cauſſarum patroni eloquentiſs. cõmentarios ad eam conſtitutionem. Subijcit & paulò pòſt apud* Demoſthenem Solon, ἐὰν δὲ *(inquit)* μηδεὶς ᾖ τούτων *&c. hoc eſt, Quod ſi nemo horum ſuperſtes ſit, ſi quidem orba eſt is cuius auctoritas eſt, ipſam habeat.* T*u in hunc locum vide* Demoſthenem. *Ait præterea lex,* ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ τὸν κύριον ἔχειν. *hoc eſt, mulier ſui iuris nubat, cui velit. Obſeruatè adnotare poſſumus ex verbis & mente* Solonis *vxorem in viri manu eſſe, & poteſtate, quod &* M. Ci*cero in* Topicis *oſtendit cùm ait mulierem in manum viri conuenire: quod &* Papinianus[h] *probat inquiens.* Mulier *ab eo, in cuius manum conueniebat (ita enim legendum ex* M. Cice*rone*

h l. 121. de verb. oblig.

rone in Topicis,*& alijs rerum ſcriptoribus liquet non in matrimonium, vt & in* Pandectis Florentinis *& alijs vulgatiſsimis exemplaribus legitur, ita enim verba & ſenſum* Iuriſconſulti *immutauit* Tribunianus) *ſtipulata fuerat ducenta &c.* Lege *quoque diuina & pontificia*[i] *cautum ſcio mulieres in poteſtate eſſe maritorum. Sed hæc aliquando, duce* Deo, *explicabimus fuſiús.*

i 33. q. 5. c. cũ caput. & ſeq. & ſeq.

νόμος λη

Τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλινομένην, μῆλον κυδώνιον κατατραγεῖν, καὶ τρὶς ἑκάστου μηνὸς αὐτὸν ἐκείνῃ ἐντυγχάνεσθαι.

LEX XXXVIII.

Sponſa ſpōſo concubitura malum cotoneum delibato priùs: & hic illi ter in menſe congreditor.

LEgem hanc à Solone latam fuiſſe & in *præceptis connubialibus, & in eius vita* Plutarchus *ſcribit.* Priore *autem capite innuere eum ait primam gratiam ab ore, & voce di-*

manare, bene compositam: & suauem esse oportere, atque ideo aptam, sic enim apud eundem scribitur ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ σώματος, καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶν πρώτην, καὶ ἡδεῖαν. *Creditum enim est apud quosdam Africæ populos ex humano ore fœtorem efflari, ob idque nares obstipant, atque obturant. Illudquoq; ex diui*
a cap. 15. *Matthæi* [a] *Euangelio adijciam quod illic* IESVS CHRISTVS *seruator noster* ἀκούετε *(inquit)* καὶ συνίετε· οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. *De malo au-*
b li. 15. c. 11. nat. hist. *tem cotoneo ita edisserit Plinius* [b]. *His proxima amplitudine mala, quæ vocamus, cotonea, & Græci* κυδώνια *ex Creta insula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibéntque crescere parentem. Plura eorum genera sunt. & paulò pòst de eorum vi loquens. Omnia iam (inquit) & virorum saluatorijs cubilibus inclusa simulacris noctium conscijs imposita. Hactenus Plinius. Altero capite Solon congreßionis viri & vxoris tempus præstituit. Moderatè siquidem venereis vti percõmodum esse apud*

Plat

Platonem[c] *animaduerti. Ad mouendam quoque continendi legem ad tempus, & pòst debitum reddendum ex decretis*[d] *liquet.* c in Timæo. d c. fœminæ, 3c. q.5.

Νόμ⊕ λθ

Πηρωθέντας ἐν πολέμῳ, δημοσίᾳ θρέφεσθαι.

LEX XXXIX.

Qui bello incolumitate orbati sunt, publicè aluntor.

Solon & filijs eorum, qui bello necati fuissent, & ijs, qui se, suámque vitam bellorum discrimini, & cladibus commisissent, fauisse visus est, sicut in ea re testis est Plutarchus in eodem, qui huius legis auctorem cum esse adseuerat. Iubet autem eos Solon è publico ali, qui bello oculos amiserint. Legis quoque verbis & sententia eos compræhēdi existimarem, qui manum, aliúdue membrū, quo militiæ inhabiles (vt Arrij Menandri[a] *verbis vtar) effecti sunt, amiserint. Sed & si luxati fuerint, in eadem caussa sunt: si modo restitui incolumitati ne-* a l.4.de re milit.ff.

ptam esse. Qui infamiæ notâ inusti fuerant ante Solonis magistratum his magistratu fungi, atq; in eo durare licet. Diuersum in ijs erat *qui homicidij, aut ambiendæ tyrannidis damnati essent.* Magistratum inire vetat lex eos, qui *grauißimis criminibus irretiti à summis magistratibus infamia notati sunt. Qui infames sunt, iudices effici non posse* Marcianus [a], *&* Paulus [b] *aiunt. Quorum sententiam* Imperatoris Alexandri *rescripto*[c] *probatam scio.* Extat *& diui* Antonini [d] *constitutio in eandem rem.* Neque enim ea dignitate, qua se iudicauerunt indignos, fungi debere diui principes [e] rescripserunt. *Sed nec officio assessorum fungi eos posse* Marcianus [f] *rectè putat.* Planè legibus adsidere eos posse idem ait. *Ignominiosos etiam arbitros esse posse* Pedio apud Vlpianũ[g] *placuit: cuius sententia vera est, atque à multis comprobata.* Procuratores infames dari posse Iustinianus [h] *libro iiij.* Institutionum *scribit.* Infamia *inustos percenset* Prætor apud Iulianũ [i]. Areopagus, *vicus Martius* Athenis *erat.* Areopagitæ *autem de rebus capitalibus iudi-*

a l.1. de vi priuata.
b l.12. de iu di. ff.
c l.2. C. de digni.
d l.1. C. de infamib.
e l.12. de di gni. C.
f l.1. ff. de offic. assess.
g l.7. ff. de arbit.
h §. fi. de except.
i l.1. de ijs qui no. inf.

cia ferebāt, ſicut in ea re teſtis eſt Pauſanias. *Eorum verò conſeſſum à* Solone *conſtitutum fuiſſe* Plutarchus *memoriæ prodidit. Eos ſicariorum vindices* G. Budæus *adpellat: aitque in eorum curia* Eumenidibus *ſacrum fieri ſolitũ. Scribit quoque* Lucianus *Areopagitas noctu, & in tenebris iudicare ſolitos, ne ad dicentes reſpicere poſſent* ὃ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσι *&c. Si eorum vitæ integritatem, & iudicia ſcire velis, legas* Iſocratem *in Areopagitico. Ephetas autem magiſtratus fuiſſe apud Athenienſes, quinquagenarios optimè viuentes idem ſcribit: iiſdem de rebus capitalibus communicabat* Draco. *Sunt qui exiſtiment Ephetas fuiſſe* Prætores. *Lex autem Solonis, vt æqua eſt, ita ſeruanda.*

Νόμος μα

Οὐκ ἂν τις οὖν τούτοις ἡγήσαιτο παντελῶς ἀπειθάνους τοὺς λέγοντας ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο.

LEX XLI.

Nec illis vllam omnino fidem adhiben

hibendam quis dixerit, qui aiunt superiori ætate ficos etiam exportare non licuisse.

TAmetsi hic sit πρῶτος (vt ait Plutarchus) τῶν σόλωνος ἀξόνων, cum tamen primo loco ideo collocare nolui quod integras Thesmothetæ nostri tabulas recuperare nequiuerim: sed ea ratione superiori proximæ adijciendam putaui, quòd συκοφάντας infamia notari Gordiani[a] *rescripto continetur. Sycophantæ igitur fidem dari vetat Solon. Nullius igitur negotij testem eum esse posse liquidò constat. Calumniæ damnatos testimonium perhibere non posse Papinianus*[b] *respondisse visus est. Calumniatorem siue (si mâlis) calumniosum definit Iulius Paulus*[c] *lib. j. Sentent. Recepta. qui sciens, prudénsque per fraudem negotium alicui comparat. Hunc locum fusissimè libro j. τῶν σημειωσέων ad Paulum explicui. Calumniari verò est falsa crimina intendere, ídque Marcianus*[d] *scribit. Calumniosos & in priuatis, & in publicis iudicijs extra ordinem pro qualitate*

a l. 16. C. ex quib. causis infam.

b l. xiij. de testib. ff.

c titu. 5.

d l. j. ff. ad S.C. Turp.

e d.tit.5 *litate admiſsi plecti debere Paulus[c] receptum ait. Fuſtibus etiam cædi eos viſa eſt iubere cõ-*
f d.l.16. *ſtitutio Gordiani[f]. Sed & ſi calumniæ cauſſa pecuniam quis acceperit, intra annum in quadruplum eius pecuniæ, poſt annum in duplum*
g l.1.de calum.ff. *actio competit, vt Vlpianus[g] notat. Quo in ge-*
h c.3.eo.ti. C. The. *nere ita ab Arcadio, & Honorio[h] reſcriptum eſt, Innocentes ſub ſpecie falſæ criminationis non patimur callidorum impugnatione ſubuerti: qui ſi tentauerint, intelligant ſibimet ſeueritatem legum pro commiſsis facinoribus incumbere.* Συκοφαντεῖ δὲ τὶς πλαστῶς *(vt ex Pan-*
i eo.tit. *dectis[i] Græcis acceptum referunt quidam)* κατηγορῶν, ἢ προδότης τῆς ἰδίας ὑποθέσεως. γίνεται καὶ τὰ ἀληθῆ ἐγκλήματα κρύπτων ἢ φυγοδικεῖ τελέως ἀναχωρῶν τῆς κατηγορίας *&c. Huiuſmodi negotium faceſſunt litium textores improbiſsimi, qui foro arcendi eſſent: at huiuſmodi belluas diuites citò effici videmus, vt & Ariſtophanicus Chremillus in Pluto refert.*

Ἕτεροι δ' ἐπλούτουν ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
Καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί.

Νόμος μβ

Τὴν ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα τῶν νόμων εἶναι.

LEX XLII.

Superior Senatus obseruator, & speculator rerum omnium, atque legum custos esto.

Senatum cùm calumniæ rerúmque omnium obseruatorem, tum legum custodem esse iubet Solon. Quanta autem fuerit Senatus auctoritas, de quibúsve cognoscere liceret eruditissimè, & fusissimè explicat libellorũ præfectus G. *Budæus in prioribus ad* P*andectas adnotationibus. Quod ait lex* ἐπίσκοπον *&c. ad* Se*natus officium pertinet.* V*arios habuit antiquitas* Episcopos. F*uisse quosdam, qui pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianũ victum vsui sunt, præessent,* A*rcadius* C*haresius* [a] *scribit.* F*uit &* A*thenis alius* ἐπίσκοπος, *hoc est, prætor, qui adius dicendum mittebatur ad ea oppida, quæ sub imperio, & ditione* A*thenienfi erant.* Ἐπίσκοπος

a l.fina.de mun.& hono.ff.

com

cõmunißimo significatu, cuiuscunque negotij, cui præest, moderatorem & obseruatorem sonat. Senatum φύλακα τῶν νόμων *esse iubet Solon. Curare igitur debet Senatus, vt iura seruentur, vt legibus pareatur, vt secundum iura sententiæ dicantur. Quantùm est enim ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere poßint* [b]? Huc *videtur pertinere quod scribit* Horatius *lib. iij. Carminum.*

b l. 2. de origi. iur.

Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt? si neque feruidis
Pars inclusa coloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Duratæq; solo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.

Νόμος μγ

Ζῶντα κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων, τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο καὶ ἄλλας εἰς τὸ δημόσιον ἀποτίνειν.

LEX XLIII.

Si quis viuum in sacris locis, vel in iud-

iudicio, vel apud magiſtratum, aut cùm certaminum ſpectaculum inſta‐ret, maledictis inceſſerit, is priuato illi drachmas tres, ærario publico duas perſoluat.

Solon huius legis, teſte Plutarcho, auctor & Imperator apud Vlpianū[a] aiūt, perſona iniuriā re, & tēpore atrocē fieri: quod & Iuſtinianus[b] probat lib. iiij. Inſtitu. Quo in genere ita apud Theophilum eius interpretem ſcriptum eſt, τραχεῖα δὲ ὕβρις κινεῖται ἢ ἀπὸ πράγματος, ἢ ἀπὸ τόπου, ἢ ἀπὸ προσώπου. *Quæ omnia ipſi explicant. Tu ſingulorum latentem vim ex illis diſce.*

a l. 7. §. 6. ff. de iniur.

b tit. eo. §. atrox.

Νόμος μδ

τὰ τοῦ φόνου σκεύη ἐνθυμεῖσθωσαν.

LEX XLIIII.

Cædis inſtrumenta, rea peragūtor.

In foro ad Pritanæum ferrum, reum agi, omniáque pariter cædis inſtrumenta memoriæ prodidit clariſſimus apud Græcos Pau

ſan

a in Atticis. *ſanias* [a] *. ſed non aperit à quo nomotheta hoc fuerit cautum.* Franciſcus Connanus *exiſtimauit vnam eſſe ex* Solonis *legibus: quod mihi veriſimile non ſit.* Equidem *veriùs puto* Draco-
b in Orat. περὶ ἀριστοκράτ. *nem eius auctorem adiutus* Demoſthenis [b] *, &*
Pauſaniæ [c] *teſtimonio.* Cæterùm *negari for-*
c in Eliacis. *taſſe non poterit* Dracontianas *cædis leges à* Solone *non inductas, aut abrogatas, ſed probatas fuiſſe.* Eam *legem ſuperiùs explicui in legibus* Draconis *: quo iure vſos fuiſſe* Toloſates *animaduerti, quo tempore iuri operam dabã.* Nam 4. *idus* Aprilis *anno ſalutiferi partus* 1540. *enſem decreto* Senatus *appenſum vidi.*

Νόμος με

Εἷς ἕκαστος ἔτος ἑκάστου πρὸς τοὺς ἐπάρχους πόθεν ζῇ, ἀποδείξειν· καὶ τοῦτο μὴ ποιῶν, ἢ μὴ ἀποδείξων ἢ ζῶντα νομίμως, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

LEX XLV.

Quiſque apud prouinciarum præſides, vnde viuat, quotannis demonſtrato: qui hoc non fecerit, aut ſe viuere

uere legitimè non demonstrauerit, morte multator.

HErodotus in Euterpe[a] *memoriæ prodidit hanc legem primò ab Amasi Aegypti Rege latam. Hanc (vt idem scriptum reliquit) ab Egyptijs mutuatus Atheniensibus suis tulit Solon. Legum enim caussa in Aegyptum profectum eum scribit*[b]. *Vitæ rationem magistratibus, qui iuri dicundo præsunt, annuatim reddendā iubet lex. Hanc quoque legē aut ab Amasi, aut à Solone mutuò accepere Corinthij. Nam apud eos idem lege cautum fuisse Athenæus*[c] *ex Diphili senarijs refert.* a lib.2. b lib.1. c lib.6.

Τοῦτο νομιμόν ἐστι βέλτισθ' ἐνθάδε
Κορινθίοις, ἐάν τιν' ὀψωνοῦντ' ἀεὶ
Λαμπρῶς ὁρῶμεν, τοῦτον ἀνακρίνειν, πόθεν
Ζῇ, καὶ τί ποιῶν· κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃ
Ἧς αἱ &c.

Reipublicæ bene institutæ præesse deberent huius generis, vitæ quæstores exploraturi vnde viuant plerique bullatorum, quos paßim in vrbibus prodeambulare videmus nullius quidem artis scios, in popinis frequentißimos

conniuētiâ eorum, qui rebus capitalibus præsunt. Nusquam reperi hanc legem in xij. Tabulas relatum. Quo fit vt nullæ in Pandectis supersint eius reliquiæ. Quòd si eius alicubi cōmeminerint Iuriscōsulti, Triboniani auaritia, diráque habendi cupido, (vt & permulta) antiquauit, atque obliterauit. Edidit tamen princeps noster Henricus II. *in eam sententiā edicta, quibus vagos vrbibus eijciendos sanxiuit.* Inertes *ex edicti sententiā comprahendi existimo, sed plerique iudicum verbis inhærentes ad extrarios vagos edicta pertinere existimant.* In *hanc quoque rem mihi videntur propendere* Vlpiani [d] *verba dicentis præsidi prouinciæ curæ esse oportere, vt malos disquirat.* Malos *enim etiam eos accipere debemus, qui rectè viuere non mōstrauerint ex* Solonis *sententia,* A*masináque lege. alioquin iniquè morti addici eos iuberent.* Malus *homo nequam, improbus, & ignauus à* Græcis φαῦλος *meritò dictus, vnde victum sibi quærat, docere apud* Præsidem *cogendus est.*

d l.13. ff. de offi. præsid.

Forma censuali Romæ *cauebatur, vt agri*

in

in censum referrentur, vt ait Vlpianus [c]*. satius esset ex Solonia lege vitæ genus profiteri: illud fieri oportere non diffiteor, sed hoc prætermittendum non est. Sed Romanis optima ratione obtrudit iucundissimus poëta,*

O ciues ciues, quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos.

[c] l. 4. ff. de cēsib.

Νόμος μζ.

Τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν δαπανήσων, ἄτιμος ἔστω.

LEX XLVI.

Qui patrimonij sui versuram fecerit, infamis esto.

D*Iogenes libro primo Decretorum philosophorum scribit Solonem huius legis auctorem esse, qua patrimonij euersores infames esse iubet. Eos etiam apud Corinthum graui mulcta coërceri solitos Atheneus lib. vj. scribit. Moribus tamen receptum ait Iulius Paulus libro iij. Recep. Sententiarum,* [a] *prodigis bonis interdici: quod xij. Tabularum lege cautum erat his verbis,* PRODIGO BO-

[a] tit. 5.

NIS INTERDICTVM ESTO: *quàm legem suo loco explicabo. Decoctores quoque bonorum suorum, si suæ sint auctoritatis, catamidiari in amphitheatro & dimitti decreuit* Hadrianus *apud* Spartianum *in eodem. Est autem catamidiare ludibrio habere, & (vt Galli dicunt) mithrare. Adsignati decoctoribus loci commeminit* M. Cicero *in nobili illa Philippica* II.

Νόμος μζ

Μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι.

LEX XLVII.

Legem de vno solo homine ponendi ius ne esto.

D*Emosthenes in duabus orationibus interpretatur hanc legē nempe* τῷ τιμοκράτ. & κατ' ἀριστοκράτ. *Sic enim ipse loquitur,* οὐκ ἐξ νόμον. ἀλλ' ἢ τ αὐτὸν τιθέναι τῷ τῶν πολιτῶν πάντων καλῶς, καὶ δημοτικῶς, &c. *Quæ Demosthenis sententia explicatoria legis definitione iuuatur. Lex (inquit) Papinianus* [a] *) est commune præceptum, virorum pruden*

a l. 1. ff. de legib.

dentum consultum, delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio. Sed & in nouellis constitutionibus Iustinianus se legem omnibus ponere sæpissimè testatur: vnde nec immeritò leges ab omnibus æqualiter obseruari iubet Imperatorum[b] *constitutio.* b l.j. C. eo.

Νόμος μη

Νόμον καθ' ὃν τρόπον θεῖναι.

LEX XLVIII.

Lex secundùm loca ponitor.

HAnc legem à Solone latam ait Demosthenes πρὸς λεπτίνην, adijciēs Solonem rectè iubere legem pro ratione, & locorum moribus poni, eísque aptari debere: cuius sententiam in Decretis[a] probari scio. Nam licet ius (vt ait Aelius) omnia recta, inflexáque exigat: tamen regulæ Lesbiæ non absimile esse debere scripsit Aristoteles[b]. Quod ait lex καθ' ὃ τρόπον, ad tempora productum est[c]. Erit autem (inquit Isidorus) lex honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam, & secundùm con-

a c. erit autē. iiij. dist. b lib. iij. polit. c d. c. erit autem.

ſuetudinem patriæ, loco, temporiq́; conueniens &c. Locum enim & tempus eodem plerunque iure cenſeri conſtat Iuriſconſultis[d]*. Solonem quoque rebus aptaſſe leges Plutarchus commemorat in eodem. quod & Ariſtoteles probat lib. iij. Polit.* καὶ τὸ *(inquit)* ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα.

d l. 3. de cōd. tri. ff.

νόμ⊖ μθ

ψήφισμα μηδὲν, μήτε βουλῆς, μήτε δήμου κυριώτερον εἶν.

LEX XLIX.

Decretum nullum ſine concilio, ſinéque populo ratiſſimum eſto.

QVum lex (definitore Papiniano[a]*) ſit cōmune præceptum, virorúmque prudentium conſultum, non niſi conuocato populo ferri debet: quod & Iuſtiniano*[b] *probatum ſcio lib. j. Inſtitutio. Lex (inquit) eſt, quod populus Romanus, Senatorio magiſtratu interrogante (veluti conſule) conſtituebat. Quod* περὶ βουλῆς *ait lex ab optimis Imperatoribus*[c] *probatur, volunt enim generalem legem patrum con*

a l. 1. de legibus.

b §. lex. de iu. nat.

c l. humanū. C. de legibus.

ſenſu

ſenſu & principum auctoritate firmari.

Νόμος ν

Πρῶτον μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν πολιτῶν σωφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα παρελθόντι ἄνευ θορύβου, καὶ ταραχῆς ἐξ ἐμπειρίας τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν ἐξέστω. καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τῶν βουλομένων, καθ' ἡλικίαν χωρὶς, καὶ ἐν μέρει περὶ ἑκάστου γνώμην ἀποφαίνεσθαι ἐξέστω.

LEX L.

Ei primùm liceat ciui, qui ætate omnes antecedit, moderatè remoto tumultu, ac perturbatione, ex vſu rerum, quo valeret, conſiliũ, quod Reipubl. maximè vtile ac ſalutare eſſet, dare liceat. Cæterorum autem ciuiũ, qui vellet, vt quiſque ætate antecederet: ita primus ſententiam de quaque re ſeparatim, viciſsímque dicendi ius faſque eſto.

Solonem huius legis auctorem fuiſſe refert clariſsimus apud Græcos orator Aeſchi-

nes τῶν χρησιφόρων. Eius autem duo sunt capita. priore quidem consilijs salutaribus iuuare Rẽpub. ciues iubentur: altero, vt senior in senatu, foro, & consessu primus sententiam dicat. vtriusque autẽ capitis vestigia quædam etiãnum supersunt. Iurisperitos enim Reipublicæ consulere Iustinianus[a] constituit. Sed & secũdi capitis fragmentum videtur extare apud Vlpianum[b] lib. iij. de officio proconsulis, vt quisque antiquissimus est, ita prior sententiam dicat: id quod ad dignitatem produxit[c]. Ait lex καθ᾽ ἡλικίαν. χωρὶς &c. his verbis sententiæ dicendæ & (vt nunc loquuntur) opinandi formã præstituisse visus est Solon: vt separatim, & vicissim sententiæ dicantur: quod & fecit Antoninus Cæsar in specie apud Marcellũ relata.[d] Suprema quoque Curia Lutetiæ Parisiorum hac censendi forma vtitur: idq; tutius est.

a in procemio Instit.

b l. 1. ff. de alb. scrib.

c d. l. 2.

d l. 3. ff. de ijs, quæ in testa. delen.

Νόμος να

Ἐάν τις πόλεως νόμισμα διαφθείρει, καὶ παράσημον εἰσφέρει, δικαστὰς μισεῖν, καὶ κολάζειν.

LEX LI.

Si

Si quis ciuitatis numiſma corruperit, aut adulterium inducat, iudices odiunto, & puniunto.

Hanc legem Solonis eſſe Demoſthenes *in oratione* κατὰ τιμοκράτ. *refert hanc etiã ad corruptos pecuniâ iudices pertinere non ineptè exiſtimãs. verba* Demoſthenis *hæc ſunt:* Σόλων ἡγεῖται ἀργύρεον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδιῶν συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον· τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι· δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον εἴ τις ὅλης πόλεως ὄντι &c. *Verba quoque legis ad eos qui numos cuiuſcunque materiæ corruperint, raſerint, & falſauerint adulterinóſque induxerint, pertinent: quod &* Vlpianus [a] *probat: idque diuus* Conſtantinus [b] *reſcripſit.*

a l. 8. & 9. ff. de falſ.

b l. 1. & 2. C. eo.

Νόμος νβ

Ἀτελῆ μηδένα εἶναι τριηραρχίας, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων.

LEX LII.

Nulla bona immunia ſunto, præter ea, quæ ſunt nouem Magiſtratuũ.

a l. 11. ff. de vac. mune. b l. 10. ff. *MVneribus, quæ rei cohærent, neminem excusari Hermogenianus*[a] *scribit, quod Paulus*[b] *li. j. sententiarum probat. Ab his oneribus (inquit) quæ possessionibus, vel patrimonio indicũtur, nulla priuilegia præstant va-* c l. 2. de mu. patr. C. *cationem: idq; diuus Antoninus*[c] *rescripsit. Neque igitur militia neque ætas, neque sexus excusant. Idem quoque iuris est in præsidibus* d l. fi. C. eo. *prouinciæ*[d].

Νόμος. νγ

Ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι, ἵνα μηδεὶς αὐτοσχεδιάζῃ εἰς τὰ τῶν ἑλλήνων σώματα.

LEX LIII.

Si quis eorum imprudens traijciendo nauẽ deprimat ei non liceat deinceps traijcere, vt nemo deinceps Græcorum corpora temerè demergat.

HAnc legem ad magistratus præfectósq; producit Aeschines περὶ κτησιφῶντος. *Qui enim semel cõcredito negotio abusus dici-*

tur

tur in posterum lapsum ire eum conijcere facilè licet. Nam si miles fuerit antè segnis, ei posthac credendum non esse Arrius Menander[a] *scribit. Sed & si aliquid ab exceptore, vel tabulario fraude admissum esse possessor deprehendat, nemo eorum semel interuersione conuictus id rursus officium gerat, in quo antè decoxit: idq;* Arcadius[b] *&* Honorius *rescripserunt. Quod aiunt* Solon Arrianus, *&* Imperatores, *ad quoslibet foro & rebus præfectos pertinet.* Et(*vt rem omnem vno verbo complectar*) *semel malus semper præsumitur malus*[c].

a l. 5. de re milit. ff.

b l. 12. de susc. præp. & area. li. x. C.

c c. semel. de reg. iur. lib. vj.

Νόμος νδ

Ἀρχὰς ἁπάσας, ὥσπερ εἰσὶν τοῖς εὐπόροις δοῦναι.

LEX LIIII.

Magistratus vti sunt, locupletibus dantor.

OPtima ratione, sanctissimáque lege cauit Solon magistratuum dignitates, & præfecturas diuitibus concedi debere: ne si inopibus

bus, diuitiarũ, lucriq́; cupidis cõferãtur, venales proferũtur sententiæ. Hãc Solonis legẽ probãt, confirmãtq; diui principes & ad eos, qui munera subeũt produxerũt diui principes[a]. Ex qua cõstitutione obseruatè adnotat Ioãnes Platæus nullum debere in magistratum eligi, qui non sit dignißimus meritis & facultatibus. Nam (vt ait Polybius) τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσιν τοῖς ἀξίοις, ὅπερ ἐστὶ κάλλιστον ἆθλον ἐν πολιτείᾳ καλοκαγαθίας. & *virtutum præmia merentibus tribui, conuenire aiunt diui principes*[b]. Diuitem esse quem officio iudicis æstimandum communi calculo[c] proditum scio. Locupletem non solis facultatibus accipiendum tradit Vlpianus. Diuitias bonis constare scribit Andreas Alciatus[d] de præsumptionibus edisserens, definiénsque[e] diuitias breuis vitæ longum viaticum. At si cognito vno contrariorum, cognoscatur aliud, vt regula[f] proditum est, diuitem adpellabimus eum qui plus, quàm quingenta aureos habet: fortißimum est argumentum, quòd pauperes sunt, qui minus, quàm quinquaginta aureos habent apud Hermoge

a l. 46. C. de decurio.

b l. 4. de statu. & ima. C.

c gl. Bar. & cęteri in authẽ. prętereà C. vnde vir & vxor.

d reg. 2.

e lib. 9. parerg. ca. 21.

f Instit. de ijs qui sunt sui. in prin.

mogenianum [g].

[g] l.10.ff.de accus.

Νόμος νε

Ἑκατὸν ἄνδρας προβουλεύειν τοῦ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι.

LEX LV.

Centumuiri consilio multitudini præeunto: ne quid sine præconsulto ad populum efferri sinanto.

QVum (vt ait Plutarchus [a]*) Senatu, velut anchora, firmata ciuitas sit, illum omnium rerum speculatorem esse voluit: consilijsq. praeesse, ac legum custodem designauit. Quæ quantáve sit Senatus auctoritas, & maiestas explicuit* G *Budæus* [b]*. Optimo autem iure inconsulta edere, & euulgare vetuit: horũ enim periculosissimus est euentus: ídque Senario Græco significatur.*

[a] in Solo.

[b] l. fi. ff. de sena. in pri.

Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.

Econtrario autem consilium rem sacram esse poëta liquidò ostendit.

Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία.

Posterioris legis capitis hanc puto esse interpre

pretationem, eòque pertinere, vt iudex ius, sententiámq; dicturus, iurisperitos consulat, rémque confectam in consilio (vt pragmatici loquuntur) ponat: id quod fusiús libro singul. dispositionis nostræ forensis [c] *persequimur.* Refert quoque Laërtius hanc legẽ tulisse Solonẽ.

c c.36.

τοὺς ἐννέα ἄρχοντας δίκας δικάσειν.

Hanc legem in vim pristinam reuocauit Henricus II. *potentissimus, inuictissimúsque* Galliarum Rex, *qui nouẽ magistratus (quos* Præsidiaux *vocauit) dicturos ius constituit: qui singulis prouincijs præsint, à quibus certis ex caussis appellari vetuit.* Iubet autem hic Solon Nouemuiros *sententiam dicere.*

Νόμος νζ.

Ἀρεοπαγίτας ἐπετείους εἶν.

LEX LVI.

Areopagitæ annui sunto.

OPtima ratione cauit Solon Areopagitas *annuos esse, vt Plutarchus & Libanius ad Demosthẽ. scribunt. Sic & consules annis sing*

ſingulis creari ſolitos conſtat. Sic & Prætores annui[a] *erant, atque eorũ edicta*[b] *& actiones anno*[c] *finiri proditum eſt: ob ídque effectum eſt, vt qui ſecundùm ſe obtinuerit, ſi res iudicatas intra annum exequendas non curauerit, citra aliud iudicis præceptum exequi non poterit. Sic enim loquuntur pragmatici,* Sentences ſurannelles aprés l'an ne ſont executoires. *Tu in hanc rem* Ioannem Imbertum *iuris, & forenſium rerum peritiſſimum conſule. Areopagum, ſeu vicum Martiũ ex eo dictum exiſtimat* Pauſanias *in* Atticis, *quòd in eo primus* Ares, *id eſt,* Mars *in ius vocatus eſt.*

a l. 2. C de off. prçto.
b l. 1. ff. ex quib. cauſis ma.
c l. 34. ff. de obli. & act.

Νόμος νξ

Ἀρείου πάγους ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔξει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάσειν.

LEX LVII.

Areopagitæ ſingulis neceſſaria prouideanto: deſidéſque punianto.

Hvius legis (*quam* Solonis *eſſe* Plutarchus *refert*) *duo ſunt capita: quorum*

po

posterius superius explicuimus. Quod autem ad primum adtinet, Areopagitas non solùm rebus capitalibus præfuisse, sed & rempublic. administrasse scriptum reliquit Suidas: ideóque vrbi necessarijs prospectum eos ire iussit Solon. Sic & prouinciarum præfectos, quæ necessaria sunt, facere celerrimè iubet Iustinianus[a].

a l.2. C. de off. præfec. Africæ.

Νόμος ν η

Προσειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ· συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβροὺς, καὶ ἀνεψιοὺς, καὶ πεθεροὺς, καὶ ἀνεψιαδοῦς, καὶ φράτορας. ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱεῖς πάντας, ἢ τὸν κωλύοντα, κρατεῖν, ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα, καὶ * εἴσωσιν ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι, ἐσέσθων οἱ φράτορες, ἐὰν θέλωσι, δέκα. τούτοι δὲ οἱ πεντήκοντα, καὶ εἷς ἀριστίνδην αἱρείσθων· καὶ οἱ πρότερον κτείναντες, ἐν τῷδε τῷ δεσμῷ ἐνεχέσθων. τοὺς δὲ ἀπογινομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν

τῶν δούλων ὑπὲρ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων, τοῖς τὰ χρήματ᾽ ἔχουσιν. ἐὰν δὲ μὴ τὰ χρήματα ὑπὲρ ἀποθανόντι, τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν. ἐὰν δὲ τοῦ δημάρχου ἐπαγγείλαντος μὴ ἀναιρῶνται οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν δήμαρχος ἀπομισθωσάτω ἀνεχεῖν, καὶ καταθάψαι, καὶ καθᾶραι τὸν δῆμον, ὅπως ἂν δύνωνται ὀλιγίστου. ἐὰν δὲ μὴ ἀπομιστώσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ὑπὲρ δημοσίῳ. ὅτι δ᾽ ἂν ἀναλώσῃ, διπλάσιον πραξάσθω ὀφειλόντων. ἐὰν δὲ μὴ πράξῃ, αὐτὰς ὀφειλέτω τοῖς δημόταις. τοὺς δὲ μὴ ἀποδιδόντας τὰς μισθώσεις τῶν τεμενῶν τῶν τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν καὶ ἐπωνύμων, ἀτίμους εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ κληρονόμους τοὺς τούτων, ἕως ἂν ἀποδῶσι.

LEX LVIII.

Homicida in foro poſtulator intra conſobrinitatem, & conſobrinũ: vnà perſequatur eundem,& conſobrinorum liberi,& generi,& conſobrini & ſoceri, & curiales. Sin cum eo redeundum in gratiam fuerit, ſi pater ſuperſtes fuerit, aut frater, aut filij omnium, aut eius, qui prohibet, vale-

bit auctoritas. Sin horũ nemo fuerit, & cędẽ inuitus fecerit, idq; quinquaginta decreuerint, & præfecti pronũtiauerint inuitũ fecisse cędẽ, intromittãtor curiales, si volent, decẽ. Hi autẽ quinquaginta, & vnus ex optimatis deligantur, & qui priùs cædẽ fecerũt, hac sanctione teneantor. Qui verò in municipijs desyderantur, quos nemo occiderit, eos indicet tribunus cognatis, vt tollant, & sepeliant, & populus purgetur eo die, quo singuli desiderati fuerint. Denuntietur eo de seruis domino ingenuis, ijs, qui in bonis sunt. Sin mortuo bona non erunt, mortui cognatis denũtiator. Sin post Tribuni denuntiationẽ cognati non sustulerint, Tribunus tollendum cadauer locet, & sepeliendum, & purgãdum eo die, quàm minimò potuerũt. Si non locarit, ærario debeto mille drach

drachmas. Quicquid autem impenderit, duplum à debentibus exigito. Quòd si nō fecerit, ipse popularibus debeto. At qui locationes lucorum Mineruæ, cæterorúmque deorum, & heroum non reddiderint, infames & ipsi sunto, & eorum hæredes, donec soluerint.

In eandem rem Senatusconsulta duo introducta fuisse Vlpianus [a] *scribit, nempe Silanianum, & Claudianum. His Neronianum adiecit* Iulius Paulus [b] *lib. iij Senten.* Recepta. *Honestati autem hæredis conuenire idem ait qualemcunque mortem testatoris inultam non relinquere. Quod autem aiunt Solon, & Paulus* ἀποθανόντα, & qualencunque mortē, *ad eum, qui sibi clam omnibus mortem intulit non pertinet.* Denuntiandum *tamen id* ἐφέταις *erit. Quòd de viro lex Solonis (hanc enim eiusdem esse* Demosthenes [c] *scribit) & Senatuscōsulta loquuntur, idem in vxore, mulieréve obseruandum* Senatusconsulto Neroniano *cau-*

a l. j. ff. de Sen. cōs. Sil.

b titu. 7.

c ὑπὲρ ἀγνίας.

d vbi s. *tum Paulus* [d] *ait.*

Νόμος νθ

Τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον ὅπως ἂν βούληται· ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρονται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ ἀποθανόντος, μηδ᾽ ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σώματα ἄγηται, ἐντὸς ἑξήκοντ᾽ ἐτῶν γεγονυῖαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσί· μηδὲ εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰσιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νέκυς, γυναῖκα μηδεμίαν πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσὶν οὐκ ἐᾷ εἰσιέναι οὔτ᾽ ἂν ᾖ ὁ τελευτηκὼς οὐδεμίαν γυναῖκα ἄλλην, ἢ τὰς προσηκούσας μέχρι ἀνεψιότητος, καὶ πρὸς τὸ μνῆμα ἀκολουθεῖν τὰς αὐτὰς ταύτας.

LEX LIX.

Defunctum ſuo arbitratu intus proponunto: cadauer autem poſtridie, quàm propoſuerint, ante ſolis ortum efferunto. Viri, quum effertur funus anteceduntō: mulieres ponè ſequuntor. Mulieri autem nefas eſto in bona

bona viri ingredi, itémque ſequi cadauer, cùm in monumenta fertur, annis ſexaginta minori, ijs exceptis, quæ intra ſobrinas ſunt: nec in bona defuncti ingrediatur, poſtquàm elatum cadauer fuerit, mulier vlla, ijs exceptis, quæ intra ſobrinas ſunt.

Superiori hanc meritò adiecit Demoſthenes ὑπὲρ ἀγνίου κλήρου: *quã Solõis eſſe cõſtat. Quod autem de cognatis ait lex, ſi filij, aut parentes non ſunt, accipiendum eſt. His enim aut cognatis gradatim ſubire ſuo iure defuncti bona, dum funus effertur conceſſum eſt. Fuſiùs hanc legem explicabimus alio loco.*

Νόμος ξ

Πυρὰν, καὶ τύμβον νέον ἐπὶ, ἀλλοτρίῳ οἴκῳ μὴ παραβάλλειν ἐγγυτέρω τῶν ἑξήκοντα ποδῶν.

LEX LX.

Rogum buſtúmve nouum propiùs lx. pedes ædes alienas, ne adijciunto.

significantißimam Vlpiani nostri sententiam diui Alexandri[c] rescripto aduersari putes: ita enim longo temporis vsu capimus, si initio iustam caussam habuerimus. Neque tamen sum nescius religiosorum æternã auctoritatẽ esse. c l. 4. C. de relig.

Νόμος ξβ

Ἐξιέναι ἱματίων τριῶν μὴ ἔχοντας κελεύει, μηδὲ βρωτὸν, ἢ ποτὸν πλείονος, ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυαίου μείζονα, μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην λύχνου προφαινομένου. ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν· ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν, οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν, οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἀλλότρια μνήματα βαδίζειν &c.

LEX LXII.

Exire cum tribus tantùm vestibus iubet, nec cibum, nec potũ plusquàm oboli absportare, nec calathum cubito maiorẽ habere, nec noctu iter fusci pere, nisi prælato lumine in vehiculo deferretur. Lacerationes verò se cæ-

dentium, & quæ luctum prouocare solent, ploratus quoque & lamentationes flebiles in alieno funere penitus ſuſtulit: nec immolari bouẽ permiſit, nec pluribus, quàm tribus veſti bus vti, nec ad aliena monumenta accedere &c.

HAec Plutarchi verba vim mentémque legis exprimentia ideo adſcripſimus, quòd expreſſa legis verba non extent, præter illud caput, quod à M. *Cicerone lib. ij. de legibus verſum extat in hæc verba.* Mulieres genas ne radunto. *Aítque idem Cicero inter paucas ſepulchrales hanc legem latam fuiſſe.* Horrendum, *barbaricúmque morem, quo priùs vtebantur mulieres ſuſtulit prudentiſsimus* Solon. *Eo vſa fuit Anna Didus ſoror, ſicut in ea re teſtis eſt* Vergilius *libro iiij. Aeneid.*

Audijt exanimis trepidóque exterrita vultu
Vnguibus ora ſoror fœdans, et pectora pugnis
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.

Quod

Quod ad vestes adtinet extenuandorum funeris sumptuum caussa cautum hoc fuisse idē Cicero lib.ij. de legibus putat. Sumptus enim funeris pro facultatibus, & dignitate defuncti faciendos Vlpianus[a] *ait: ídque optima ratione diuus* Alexander[b] *rescripsit.* Lugentes *autem ornamentis & alba veste vti non debere* Paulus[c] *lib.j.recept.senten.scribit.Sed & noctu iter faciundum vetat, nisi prælato lumine: id quod ad cæteros homines porrigit vsus: alioqui noctu discurrentes in vincula publica cōijcit præfectus* Vigilum.*Luxuriosum autem funeris impendium sanctißimè represserunt legumlatores. Quò enim luxuriosißimi sumptus pertinent? quid iuuat atra veste vti pectore læto? vestibus lugent plerique, animo hilares. Vaticinio etiam quodam putauit Solon funus, boue mactato, non expiari.* οὐ γὰρ (*vt ait* Apostolus[d]) δι' αἵματος τράγων, καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. *Ob id autē vetuit Solon, ne in funebribus sacrificijs mactaretur bos, quòd innocuum sit animal, cul*

a l.12.ff.de relig.

b l.3.C.eo.

c titu.xxj.

d ad Heb.9

tuíque deditum. Bouem etiam tantæ venerationis fuisse apud antiquos Alexander ab Alexandro refert, vt non minùs capitale esse censuerint bouem, quàm hominem necare.

νόμος § γ

Καθιχομένοις χοὰς * ποιεῖν προσήκοντας ἐν καθηκούσαις ἡμέραις.

* ἐναγίσματα.

LEX LXIII.

Inferias, diebus statis, defunctis faciunto.

H*Vius legis interpretationem à Demosthene in oratione* ὑπὲρ ἀγνίου κλήρου *accipiendam puto. Manes autem iubet sacrificijs placare diebus statis. Hoc sacrificij genus commemorat Vergilius lib ix. Aeneidos.*

Sit qui me raptum pugna, pretióve redemptũ
Mandet humo solita, aut si qua id fortuna vetabit
Absenti ferat inferias, decorétque sepulchro.

Inferiarum commeminit M. Cicero lib. iij. de natura Deorum. Nec huic legi reclamat lex suprà proxima, qua in exequijs bouem immolare

lare iußit Solon. Vetito autem imolari boue, cætera permiſit. Nam qui vnum negat, aliud permittere videtur [a].

a arg. à cõtra. ſenſu. c. nonne. de præſump.

Νόμος ξδ

τάφον μὴ ἐξαλείφειν, μηδ' ἀλλότριον νεκρὸν φέροιεν.

LEX LXIIII.

Sepulchrum ne deleanto: néve in alienum, funus inferanto.

HVuius legis capita explicat M. Cicero lib. ij. de legibus. Priore ſepulchra deleri vetat. idq; etiam diuus Iulianus [a] conſtituit. Ait lex μὴ ἐξαλείφειν. His verbis, ac ſententia compræhenſum puto eum, qui violauerit, fregerit, aut ruperit: pœnaléque illi eſſe ſcriptum ſcio. Sepulchrorũ enim violatores vltimo ſupplicio plectendos, aut deportandos, aut in metallum damnandos Paulus [b] ait. Sed hanc ſeueriorem pœnam repreßit principalis conſtitutio [c]. Sed & pecuniariam actionem ob id dari Paulus [d] notat: quantíque ea res erit, damnandos violatores prætor [e] edixit. Nec tamen Sol

a l. pe. C. de ſepulc. viol.

b l. ſi. ff. eo.

c l. ſi. C. eo.

d l. 9. ff. eo.

e l. 3. ff. eo.

Solonis, aut aliorum legibus locum esse in hostium sepulchris Caius [f] *existimat: cuius sententia vera est. Alterum legis caput ad eam illationem pertinet, quæ sepulturæ caussa fit. In sepulchrum etiam alienum corpus inferri vetat Prætor apud Vlpianum* [g].

f l.4. ff.co.

g l.2. de relig. ff.

Νόμ☉ νε

Ἐάν τις ἐξέλῃ τινὰ, τῆς ἐργασίας ὑπόδικ☉ ἔστω.

LEX LXV.

Si quis aliquem de possessione deiecerit, in eum in factum actio esto.

HVius legis commeminit Demosthenes, quã Solonis esse adfirmare ausim. Quo in genere ita à Prætore[a] edictum scio. VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, AVT FAMILIA TVA DEIECIT DE EO QVAEQVE ILLE TVNC IBI HABVIT TANTVMMODO INTRA ANNVM: POST ANNVM DE EO, QVOD AD EVM, QVI VI DEIECIT, PERVENIT, IVDICIVM DABO.

a l.1 ff de vi, & vi ar.

BO. *Deijcitur autem is, qui ciuiliter, aut naturaliter poßidet, sicut in ea re testis est Vlpianus* [b]. *In interdicto autem vnde vi tanti faciendam condemnationem Paulus* [c] *ait, quanti intersit poßidere. Poßeßionis autem verbo proprietatem interdum significari rectè existimat idem* [d], *cuius rei plurima extãt apud Iurisc͠osultos exẽpla. Sic & κτῆσις, siue συγκτῆσις apud Modestinum* [e] *proprietatem significat. Quo loco non ἀγωνοφόρον, vt in Pandectis Florẽtinis falsò legitur, sed ἀγνοφόρον ἀπὸ τοῦ ἄγνου, καὶ φέρειν. Est autem ἄγνος fructicis, seu plantæ genus apibus gratißimum Aristoteli li.ix. animalium.* Redditur à Gaza vitex.

b l.1.ff.eo.
c l.6.ff. eo.
d l. 78. de verb. signi.
e l.34.§.Lucius.ff.de legat.ij.

Νόμος ξϛ

Ἐάν τις ὑβρίσῃ τινὰ, ἢ κακῶς εἴπῃ καὶ γραφὴν ὕβρεως, καὶ δίκην κακηγορίας φεύξεται. ἐὰν δὲ θεσμοθέτην, ἄτιμος ἔσαι καθάπαξ παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξεῖναι.

LEX LXVI.

Si quis aliquem iniuria adfecerit, vel conuicium ei dixerit, iniuriarum, &

& iniustitiæ postulator. Si verò iudicem, infamis esto. Omnibus de iniuria alteri illata supplicium sumendi ius esto.

Fideliorem huius legis interpretem alium nollem, quàm Demosthenem *τῶν μαθῶν.* *Sanctißima autem Solonis nostri lex ad eam pertinet iniuriam quæ re, verbóq; fit. In duo enim genera iniuriam distribuit* Labeo *apud* a l. 1. ff. de iniurijs. *Vlpianum* [a] *. Re fieri ait, quoties manus inferuntur. Verbis cùm non inferuntur manus, sed conuitiũ fit. Iniuriam autem siue re, siue conuitio factam legibus, Senatusconsultis, Prætorúmque edictis coërceri proditum scio. Lege enim* Cornelia *à* Cornelio Sila *lata tribus ex* b l. 5. ff. eo. *caußis actionem dari* Vlpianus [b] *scribit, veluti si quis pulsatus, verberatus, domúsve eius vi introita sit. Sed & Senatusconsulto cautum publica quæstione vindicandam iniuriam,* Pau c l. 6. ff. eo. *lus* [c] *ait. Edicto quoque iudicium daturũ se pol* d l. 15. ff. eo. *licetur* Prætor [d] *in eum, qui aduersus bonos mores conuitium fecisset, cuiúsve operâ factũ*

esse dicetur. Conuicium iniuriam esse Labeo *ait à concitatione, vel conuentu ductum. Atrociorem autem iniuriam seueriùs coërcuit Solō, idque re, aut tempore, aut persona æstimari* Labeo[e] *rectè putat quod & Iulius*[f] Paulus *lib. v.* Receptarum Sententiarum *probat. Seueriùs enim in eum, qui Senatorē magistratúmve cōuicijs lacesserit, animaduerti oportere scriptum scio*[g] *apud* Vlpianum *fusissimè explicantem. Tu illum consule.*

[e] l. 7. ff. eo. [f] tit. de iniurijs.

[g] l. 7. ff. eo.

Νόμος ξζ

Ἐάν τις ὑβρίζῃ τινά, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος ἀθηναίων ὅις ἔξεστιν· ὁ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν ἀφ᾽ ἧς ἂν * ἡ γραφὴ, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ. εἰ δὲ μὴ ὅταν πρῶτον οἷόν τε. ὅτου δ᾽ ἂν καταγνῶται ἡ ἡλιαία τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα ὅτου ἂν δόξῃ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι ὅσοι δ᾽ ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐὰν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ

* locus hic non caret suspicione.

σίῳ ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως δεδέσθω· ἐλεύθερον ὑβρίζῃ, μέχρι ἂν ἐκτίσῃ.

LEX LXVII.

Si quis iniuriâ adfecerit aliquem, ſiue puerum, ſiue mulierem, ſiue virũ liberum, ſiue ſeruum, quídve, aduerſus leges fecerit, quiſquis Athenienſium voluerit apud Sexuiros accuſato, qui apud Heliæam actionem intra triginta dies ex ipſa dilatione danto: niſi publicum quid vetet. Sin minùs, cùm primùm fieri poterit. Qui verò damnatus fuerit, illi Heliæa ſtatim æſtimet, quid luere, aut ſoluere videatur. Qui verò priuatas actiones intentauerit ex hac lege, ſi quis non fuerit proſequutus actionem, aut proſequutus quintam ſuffragiorum non intulerit, is mille drachmas ærario ſoluat. Sin cõtumelia pecunijs æſtimata fuerit, ſi ingenuum iniuria adfecerit, donec

nec ſoluerit, vincitor.

PRudentiſsimus Solon omnem omnino iniuriam vetat, cuilibétque illatam coërceri iubet. Hanc autem legem ad omnia iniuriarum damnorúmve genera pertinere Demoſthenes ait κατὰ μειδίου, ſigillatim, legibúſque eiuſdẽ Solonis explicans. Iniuriarum autem agendi tempus à Solone xxx. diebus præſtitutum, optima ratione protraxit Prætor, annumq́; definiuiſſe conſtat: ídque Imperatorum [a] reſcripto continetur. Hæc lex ſuperiori collata non ſuperfluit. Illic de cõuitio & iniuria magiſtratui illata edisſeritur. Græcarum rerum ſcriptor Pauſanias memoriæ in Atticis prodidit varia fuiſſe apud Athenienſes iudicia Parabyſtum, & Trygonum: quorum alterum quòd in obſcuro vrbis loco ſitum erat, nomen habet, alterum à figura. Batrachium verò & purpureum à coloribus: quæ appellatio in hoc vſque tempus permanſit. Maximum & in quod plurimi commeant, Heliæam dicunt. Quæcunque verò propter homicidas alia ſunt, Palladium vocant.

[a] l. 4. C. de iniur.

Νόμος ξη΄

Ἐὰν τις ἑκὼν βλάψῃ διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων ἁπλοῦν τὸ βλάβος ἐκτίνειν.

LEX LXVIII.

Si quis consultò nocuerit, damnúmve dederit duplum, nolens simplum præstato.

Lex consultorum, inconsultorúmve delictorum vindex est, idq; ex verbis, & mente legis nostræ liquet. quod & Papinianus[a] *probat. Pertinet autem lex Solonia & ad furta (vt videtur interpretari* A. Gellius *lib. xj. capite xviij.) & ad quodlibet damnum, veluti si quis aliquem nō lethaliter vulnerauerit.* βλάβω *enim siue* βλαβύσσω *damnum iniuriâ dare significat. Leuius autem inconsultò delinquentem coërcet lex, quàm qui data opera doloséque damnum dederit: quod & Marcianus*[b] *scribit. Planè (inquit) in leuioribus causis proniores ad leuitatem iudices esse debent.*

a l. 1. de legib. ff.

b l. 11. ff. de pœnis.

Νόμος νθ

Ἐὰν

ἐάν τις ἱκετεύῃ ἐν τῇ βουλῇ, καὶ ἐν τῷ δήμῳ περὶ ὧν δικαστήριον ἢ βουλὴ, ἢ ὁ δῆμος κατέγνω, ἐὰν μὲν αὐτὸς ὄφλων ἱκετεύῃ πρὶν ἐκτίσαι ἔνδειξιν εἶναι κατ᾽ αὐτοῦ, καθάπερ ἐάν τις ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἡλιάζηται. ἐὰν δ᾽ ἄλλος ὑπὲρ τοῦ ὠφληκότος ἱκετεύῃ πρὶν ἐκτίσαι, δημοσία ἔστω αὐτοῦ ἡ οὐσία πᾶσα. ἐὰν δὲ τῶν προέδρων δῷ τινὶ τὴν ἐπιχειροτονίαν αὐτῷ ὠφληκότι, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου, πρὶν ἐκτίσαι, ἄτιμος ἔστω.

LEX LXIX.

Si quis in Senatu, apúdve populũ ſupplicarit his de rebus,ob quasvel iudicium,vel Senatus, vel populus aliquem damnauit, ſi ipſe ærarius priùs quàm ſoluerit, ſupplicauerit, in eum actio dator,perinde ac ſi quis ærarius in Heliæam ſe ingerat. Si quis alius pro alio interceſſerit priùs quàm is ſoluerit, bona eius omnia publicentor. Sin Præſidum aliquis dederit ſuffragiorũ ius, ſiue ipſi ærario, ſiue ipſi ſupplicanti pro eo, priùs quàm ſolue rit,infamis eſto.

non ſoluens debitum Reipub. expun gatur, expunctionis cõtra eum apud Sexuiros actio eſto nõ in debitorem, & inſcriptũ, ſed deferri iubetur: aliæ etiam pœnæ contra eum ſunto.

HVius legis commeminit Demoſthenes *κατὰ Θεοκρίνου. quam & illic explicat. In eum igitur qui debitorem* Reipubli. *expunxerit, actionem dedit* Soloñ. *Pertinet autem hæc lex ad peræquatores, qui cenſitores, annonæq́; aut cenſus publici debitores gratiâ, aut per ſordes expunxerunt. Nam illi, bonis proſcriptis, annonarum in quadruplum mulctam ſubire cogentur* I*mperatoria cõſtitutione*[a]. *Peræquatores ſunt, quos Galli vocant*, Eſgaleurs des tailles. *Hac etiam lege compræhẽdũtur ærarij* Regij *quæſtores, qui mulctas irrogatas exigunt. Quarum ſi debitores expunxerint velut eſſent non ſoluendo, & (vt Gallici Pragmatici loquuntur)* les mettent au rang des non ſoluables *ipſi de ſua ſubſtantia & bonis pendere cogendi ſunt. Ob peræquatorum,*

a l.6. C. de cenſi. & cenſitor. li. xij.

& Quæstorum auaritiam & perfidiam præficiẽdi essent earũ rerum obseruatores. Quod ait lex, ἄλλας τιμωρίας, ad crimen falsi pertinet: quo in genere cõsulẽdus est Iulius Paulus [b].

b l.16.ff.ad leg. Cor. de fals.

Νόμος οα

Τὰς δωρεὰς ἃς ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι.

LEX LXXI.

Donationes, quas populus contulit, ratæ sunto.

HAnc Solonis esse ex Demosthene πρὸς λεπτίνην liquet: aitq́; huic legi tunc locũ esse, si dignis collatæ sint: alioquin eas reuocandas censet. Planè iure ciuili non, nisi liberorum agnatione, ingratitudinis nota, temporis fluxu, certisq́; alijs causis reũocari donationes incogniti iuris non est [a].

a tot. ti. de reuoc. donat. C.

Νόμος οβ

Εἴ τις τινὸς ὀφθαλμὸν ἐξέλῃ, ἐξορύττειν τῶν ἀντοῦ ἀμφοτέρω.

LEX LXXII.

Qui

Qui oculum alicui euulserit, ambo ei eruantor.

Seuerior hæc lex est, quàm Mosaica, quæ dentē pro dente, oculū pro oculo erui iubebat. Sed & alia Solōis lege parē noxæ esse pœnā debere manifestò liquet. Lege quoque xij. Tabularū, membri rupti pœna talio erat. At Mosaicam, & hāc seueriorem Solonis legem in desuetudinē abijsse argumēto sunt CHRISTI IESV *Opt. max. seruatoris nostri humanitas, & misericordia. Is ita apud Euangelisten*[a] *ita ait,* ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, ἀλλ' ὅς τις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. a Matth. 5.

Νόμος ογ

Ἐὰν διὰ διχοστασίαν, καὶ διαφωνίαν ὁ δῆμος ἀποχωρήσῃ, καὶ δι' ὀργὴν ὁρμισθέντων θυμῶν ἑκατέρωθεν ὅπλοις μάχηται, καὶ μὴ τότε εἰς ὀδετέρον μέρος ἑαυτὸν τίθηται ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κοινοῦ πόλεως κακοῦ ἀφορίζας μονάζῃ ἀναχωρήσῃ οἴκου πατρίδος, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀποστερείσθω, καὶ ἄπολις ἔστω.

LEX LXXIII.

Si ob diſcordiam, diſſentionémque ſeditio, atq; populi diſceſſio fiat, & irritatis animis, arma vtrinque caperentur, ac pugnaretur, ſi quis tum eo caſu, non alterutri parti ſe adiungat, ſed ſolitarius, ſeparatúſque à cõmuni ciuitatis malo ſeceſſerit is domo, patria, fortuníſque omnibus careto, exúlque eſto.

IN legibus Solonis antiquiſsimis, quæ axibus ligneis inciſæ ferũtur, ſcriptam hanc tradit a li.2.ca.12. *Ariſtoteles apud* A. *Gellium*[a] *aientem ſe graui teneri admiratione ob eandem. Scribit autẽ ſe requiſyſſe quam ob cauſſam dignos pœna eos cenſeret* Solon, *qui ſe procul à ſeditione remouiſſent.* Tum *(inquit) qui penitus, atque altè vſum, atque ſententiam legis inſpexerat, non ad augendam, ſed deſinendam ſeditionem, legem hanc eſſe dicebat: & res prorſus ſic ſe habent.* Rationem *ſubijcit ibidem* Gellius, *referens* Ariſtotelem *ita legis ſententiam, vt ſuperius*

rius scripsimus, expreßisse. Plutarchus *verò in* Solone *tradit eos, qui orta seditione, neutrã factionem sequuti essent honoribus duntaxat à* Solone *abdicari iussos: de exilio, atque bonorũ publicatione nullum verbum facit: vter verius legis verba retulerit, expendant ij, quibus axonas* Solonias *in* Prytaneo *perlustrare contigerit.*

Νόμος οδʹ

Βλάβης ἴσην τιμωρίαν εἶναι.

LEX LXXIIII.

Noxiæ par pœna esto.

R*Escripserunt in eandem sententiam diui Principes*[a]*. atque ita à* Pontificibus[b] *decretum scio.* Nec *pœna est vlteriùs protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum. Satis enim punitum esse in eo, in quo fecit contra leges* Iulius[c] Paulus *libro nono* Quæstionum *respondit.* Hanc *legem mutuò accepisse videtur* Solon *ab* Hebræis. Nam *ita* Deuteronom.[d] *cautum est.* QVOD SI IMPIVS CAEDENDVS EST, PRO-

a l. 11. C. de pœnis.

b c. 1. de ijs quæ fiũt à maio. part.

c l. 43. ff. de vulga.

d cap. 25.

STERNAT EVM IVDEX, ET IVBEAT CAEDI IVXTA IMPIETATEM EIVS. *At sibi ipse reclamare visus est mihi Solon. Superius enim ita sanciuit.* ἐὰν τις ὀφθαλμὸν *&c.* Hæc *pugnantia non sunt. Nam ex re, caussa, & euentu pœnas exacerbari meritò placuit, idq; Claudius Saturninus* [e] *ait. Quæsitum ex facto fuisse scio, num irrogata delicto minore pœna, an iterum in pœnam reuocandus sit reus? & non reuocandum verius esse* Præses Boërius [f] *censuit.* Produci *potest Solonis lex ad missionem in bona debitoris, quam secundum mensuram debiti declarati fieri nouissima Iustiniani* [g] *constitutione cōstat, quò videtur pertinere, quod ait* Vlpianus [h]. *Quo in genere iuris ciuilis interpretes sese torserunt.*

e l.16. ff. de pœnis.

f decis. 181. parte ij.

g consti. 53.

h l. 1. & l. 7. §. Celsus. ff. qui. ex caū. in poss. eat.

Νόμος οε

Ἐὰν δ᾽ ὁ δῆμος ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν * ὀργίων, ἢ ναῦται ἢ σύσσιτοι *, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λίαν * οἰχόμενοι ἢ εἰς ἐμπορίαν ὅτι ἂν * τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι· ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ τὰ δημόσια γράμματα.

* ἱερεῖς

* συσσίτιοι

* λείαν

* ὁτιοῦν

LEX

LEX LXXV.

Si populus, vel eiusdem religionis cultores, vel orgiorum sacrificuli, vel nautæ, vel sodales, vel commune sepulchrum habentes, vel publicani, vel in societatem coëmendorum pecorum, aut negotiationis, aut cuiuscunque alterius rei coëuntes paciscantur, inter se ratum esto: quatenus monimenta publica id nõ prohibeãt.

Hanc ex Solonis legibus Caius noster[a] libro iiij. ad legem xij. Tabularum scribit: ex quo huc secundum Pandectarum Florẽtinarum editionem transcripsi. Ideo autem instituta fuisse collegia, ceu corpora refert Calistratus[b], vt necessariã operam publicis vtilitatibus exhiberent. Numam Pompilium primum collegia instituisse Romæ Plutarchus scribit. Eorum permulta genera ab Alexandro Seuero instituta refert Lampridius. Collegijs, ac corporibus legitimè institutis inuicem paciscend

a l. fi. ff. de colle. illici.

b l. 5. de iure immu. ff.

ciscendi ius esse lege Solonis expressum est, quã
c d l.fi. *lege Decemuirali probatam Caius* [c] *noster refert: Sanè in reipublicæ damnum, aduersúsve monimenta publica pacisci eis non licere lege nostra vetitum est. Nam & monopolium exercere eduliorum propolis, ergolabis, operúmq; professoribus vetat Imperator* [d] *Zeno:*
d l. j. C. de monopol.
cuius verba, atque sententia eò mihi propendere fit verisimile, vt ad monopolia, & venditiones, quæ Reipub. obessent, pertineant. Senatus permisit diui Marci temporibus legare collegijs, quod ita accipiendum putat Paulus [e] *si illis coïre liceat. Quòd si dissolutũ fuerit collegium, legatum eidem non deberi Scæuolæ* [f] *sententia compræhensum scio. Collegia autem illicita à Senatu dissoluta fuisse memoriæ prodidit Tacitus lib. xiiij.* θιασῶται, *qui sint, quibúsq; cõparentur hodie tradit Andræas Alciatus* [g] *ex Demosthene, & Zenophonte.*

e l.20. ff. de reb. dub.
f l.38. ff. de leg. iij.
g lib. 2. dispũct. c. 14.

Νόμ@ ο ζ

Τῶν ἀλλοτρίων μηδένα μηδὲν φέρειν, μηδὲν ἄγειν· τὸν δὲ κλέπτοντα διπλοῦ ἐκτίνειν.

LEX LXXVI.

Ne quis quicquam alienarum rerum ferat, agátve: fur dupli dãnator.

HAnc etiam Solonis esse Diogenes Laërtius libro j. Decretorum Philosoph. & Alexander ab Alexandro [a] clarissimi rerum antiquarum scriptores aiunt. Hanc à generoso promulgatam Plato summæ vir auctoritatis dialogo xj. περὶ νόμων scribit eiusdem fidus interpres: quam ita accipiendam putat, vt de rebus furto subtractis, & fortunâ in itinere, alióve loco repertis loquatur. Res accipiendas putat Plato, siue paruæ, siue magnæ sint. Legem itaque Soloniam ad furtum pertinere rectè putat Alexander ab Alexandro: idq; iuuari ait Draconis, quam cõmemorat, lege, quæ manus à rebus alienis temperare iubet. Quod autem ait Plato, si quis rem suam alicubi volens, vel contrà reliquerit, non tangat, qui fortè repererit, non dissimile est Iuliani [b] responso existimãtis eum pro derelicto vsucapere non posse, qui merces ex naue iactatas inuenisset. Planè si res pro derelicto habita sit, statim nostram desiner

[a] li.6.c.10.

[b] l.7.ff.pro derelicto.

c l.j. ff. eo. *sinere Vlpianus*[c] *ait. Postremum legis caput explicat A.Gellius in noctibus Atticis lib.xj. cap.xviij.*

Νόμος οζ

Εἰ μὲν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι, καὶ ἀποκτείναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν πρὸς τοὺς ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο· τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν.

LEX LXXVII.

Si quis interdiu supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abducendi ad Vndecimuiros ius esto. Si verò noctu quodcunque furatus fuerit, eũ & occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad Vndecimuiros, si lubeat, abducere fas esto. Conuicto autem eorum facinorum, ob quæ in vincula abripi licet, non liceat, datis vadibus, satisfacere pro furtis, sed pœna

na mors esto.

Seueriorem Draconis legem partim repreßit Solon, partímque sequitur. Ille enim fures omnes etiam eos, qui olera subripuissent, morte plectendos iusserat, vt A. Gellius *lib.* xj. *cap.* xviij. *& Plutarchus scriptum reliquere. Hac lege in primo capite pœnam non statuit Solon, sed furem dupli damnandum superiore sanxerat. Qua verò pœna nouißimo iure expianda furta sint, Iustiniani*[a] *constitutione castigandos, ictibusq; fustium subijciendos iubentis expressum est. Solonis autem lege furti & ciuiliter, & criminaliter agēdi ius est: quod & Vlpianus*[b] *receptißimum ait. Quod ait lex,* ἀποκτείναι *&c. hoc est, vt furem nocturnum occidere liceat, ita accipiendum rectè existimat idem Vlpianus*[c] *si parcere ei sine periculo suo non potuit, & idipsum cum clamore testificetur, vt ait Caius*[d]. *Quibus obseruatis impunè feret. Quò pertinet id quod ait Plato dialogo ix.* περὶ νόμων *Qui nocturnum furem domum suam ingressum interemit, mundus sit, hoc est, impune illi esto: Rectè ait lex* ἐκ ἐγγυη-

a cōsti. 134.

b l. 7. ff. de cond. fur.

c l. 9. ff. de sicar.

d l. 4. ff. ad leg. Aquil.

τὰς

τὰς &c. Nã pro criminis, quod obijcitur, qualitate æstimare debet iudex vtrum in carcerem recipienda sit persona, aut militi tradenda, aut fideiussoribus committenda: idq; Vlpianus [c] *scribit. Fideiussioni autem quando in capitalibus caussis locus sit, tradit* Io. Millæus *in praxi criminis persequendi, ad finem.*

c l. j. ff. de cust. reo.

ΝΌΜΟΣ ΟΗ

Ἐάν τις ἐχθρὸς παρορμήσῃ, ἢ δὲ πολίτην αὐτοῖς παραδῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

LEX LXXVIII.

Si quis hostem concitauerit, vel ciuẽ illi tradiderit, morte mulctator.

Legem hanc in xij. Tabularũ leges translatam Marcianus[a] *scribit: eius autem auctorem* Solonem *fuisse* Plutarchus *memoriæ prodidit. Priore legis capite etiamnum vtuntur tribuni, militarésque iudices. Iure enim in furcas tollitur is, qui commentitiè milites ciet, atque excitat, quod milites Galli dicunt,* qui fait vne faulse alarme. A*lterius capitis eiusdem*

a l. 3. ff. ad leg. Iul. ma.

eiusdem legis verba, tametsi ad res cæteras præter hominem non pertineant, illas tamen legis sententiâ compræhendi rectè existimant Sceuola [b], & Iulius Paulus [c]. Si quis igitur arma, annonam, ferrum quidve aliud hostibus præbuerit, aut vendiderit vltimo supplicio expiandum facinus censeo, & ita aliquando ex facto consultus respondi.

b l.4.ff. eo.
c l. eotem. ff. de publi.

Νόμος οθ

προαγωγοὶ γραφέσθωσαν, κἂν ἁλῶσι θανάτῳ ζημιούσθαι. θυγατέρες, καὶ ἀδελφαὶ μὴ πωλέτωσαν, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγενομένην.

LEX LXXIX.

Productores accusantor, & conuicti morte plectantor. Filiæ, sororésve ne vendantor præter virginem cum viro coëuntem.

Lenones insimulandos, & conuictos morti addicendos iubet Solon, quem huius legis auctorem refert Aeschines oratór apud Græcos clarissimus. Lege quoque Iulia lenoni-

l

Νόμ☉ ξη

Ἐάν τις ἑκὼν βλάψῃ διπλοῦν, ἂν δ᾽ ἄκων ἁπλοῦν τὸ βλάβος ἐκτίνειν.

LEX LXVIII.

Si quis consultò nocuerit, damnúmve dederit duplum, nolens simplum præstato.

Lex consultorum, inconsultorúmve delictorum vindex est, idq; ex verbis, & mente legis nostræ liquet. quod & Papinianus [a] *probat. Pertinet autem lex Solonia & ad furta (vt videtur interpretari A. Gellius lib. xj. capite xviij.) & ad quodlibet damnum, veluti si quis aliquem nõ lethaliter vulnerauerit.* βλάβω *enim siue* βλαβύσσω *damnum iniuriâ dare significat. Leuius autem inconsultò delinquentem coërcet lex, quàm qui data opera doloséque damnum dederit: quod & Marcianus* [b] *scribit. Planè (inquit) in leuioribus causis proniores ad leuitatem iudices esse debent.*

a l. 1. de legib. ff.

b l. 11. ff. de pœnis.

Νόμ☉ νθ

Ἐὰν

Ἐάν τις ἱκετεύῃ ἐν τῇ βουλῇ, καὶ ἐν τῷ δήμῳ περὶ ὧν δικαστήριον ἢ βουλὴ, ἢ ὁ δῆμος κατέγνω, ἐὰν μὲν αὐτὸς ὀφλῶν ἱκετεύῃ πρὶν ἐκτῖσαι ἔνδειξιν εἶναι κατ' αὐτοῦ, καθάπερ ἐάν τις ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἡλιάζηται. ἐὰν δ' ἄλλος ὑπὲρ τοῦ ὠφληκότος ἱκετεύῃ πρὶν ἐκτῖσαι, δημοσία ἔστω αὐτοῦ ἡ οὐσία πᾶσα. ἐὰν δὲ τῶν προέδρων δῷ τινὶ τὴν ἐπιχειροτονίαν αὐτῷ ὠφληκότι, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου, πρὶν ἐκτῖσαι, ἄτιμος ἔστω.

LEX LXIX.

Si quis in Senatu, apúdve populũ ſupplicarit his de rebus, ob quasvel iudicium, vel Senatus, vel populus aliquem damnauit, ſi ipſe ærarius priùs quàm ſoluerit, ſupplicauerit, in eum actio dator, perinde ac ſi quis ærarius in Heliæam ſe ingerat. Si quis alius pro alio interceſſerit priùs quàm is ſoluerit, bona eius omnia publicentor. Sin Præſidum aliquis dederit ſuffragiorũ ius, ſiue ipſi ærario, ſiue ipſi ſupplicanti pro eo, priùs quàm ſolue rit, infamis eſto.

non ſoluens debitum Reipub. expungatur, expunctionis cõtra eum apud Sexuiros actio eſto nõ in debitorem, & inſcriptũ, ſed deferri iubetur: aliæ etiam pœnæ contra eum ſunto.

HVius legis commeminit Demoſthenes περὶ θεοκρίνου. quam & illic explicat. In eum igitur qui debitorem Reipubli. expunxerit, actionem dedit Solon. Pertinet autem hæc lex ad peræquatores, qui cenſitores, annonæq; aut cenſus publici debitores gratiâ, aut per ſordes expunxerunt. Nam illi, bonis proſcriptis, annonarum in quadruplum mulctam ſubire cogentur Imperatoria cõſtitutione[a]. Peræquatores ſunt, quos Galli vocant, Eſgaleurs des tailles. Hac etiam lege compræhendũtur ærarij Regij quæſtores, qui mulctas irrogatas exigunt. Quarum ſi debitores expunxerint velut eſſent non ſoluendo, & (vt Gallici Pragmatici loquuntur) les mettent au rang des non ſoluables ipſi de ſua ſubſtantia & bonis pendere cogendi ſunt. Ob peræquatorum,

a l. 6. C. de cenſi. & cenſitor. li. xij.

& Quæstorum auaritiam & perfidiam præficiẽdi essent earũ rerum obseruatores. Quod ait lex, ἄλλας τιμωρίας, ad crimen falsi pertinet: quo in genere cõsulẽdus est Iulius Paulus[b].

b l.16.ff.ad leg. Cor. de fals.

Νόμος οα

Τὰς δωρεὰς ἃς ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶν.

LEX LXXI.

Donationes, quas populus contulit, ratæ sunto.

HAnc Solonis esse ex Demosthene πρὸς λεπτίνην liquet: aitq; huic legi tunc locũ esse, si dignis collatæ sint: alioquin eas reuocandas censet. Planè iure ciuili non, nisi liberorum agnatione, ingratitudinis nota, temporis fluxu, certisq; alijs causis reuocari donationes incogniti iuris non est[a].

a tot. ti. de reuoc. donat. C.

Νόμος οβ

Εἴ τίς τινος ὀφθαλμὸν ἐξέλῃ, ἐξορυττέσθων τοὺς αὐτοῦ ἀμφοτέρω.

LEX LXXII.

Qui

Qui oculum alicui euulserit, ambo ei eruantor.

Seuerior hæc lex est, quàm Mosaica, quæ dentē pro dente, oculū pro oculo erui iubebat. Sed & alia Solōis lege parē noxæ esse pœnā debere manifestò liquet. Lege quoque xij. Tabularū, membri rupti pœna talio erat. At Mosaicam, & hāc seueriorem Solonis legem in desuetudinē abijsse argumēto sunt CHRISTI IESV *Opt. max. seruatoris nostri humanitas, & misericordia. Is ita apud Euangelisten*[a] *ita ait,* ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. a Matth. 5.

Νόμος ογ

Ἐὰν διὰ διχοστασίαν, καὶ διαφωνίαν ὁ δῆμος ἀποχωρήσῃ, καὶ δι᾽ ὀργὴν ὁρμισθέντων θυμῶν ἑκατέρωθεν ὅπλοις μάχηται, καὶ μὴ τότε εἰς ὁποτέρον μέρος ἑαυτὸν τίθηται ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς κοινῆς πόλεως κακοῦ ἀφορίζας μονάζῃ ἀναχωρήσῃ οἴκου πατρίδος, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀποστερείσθω, καὶ ἄπολις ἔστω.

LEX LXXIII.

Si ob diſcordiam, diſſentionémque ſeditio, atq; populi diſceſſio fiat, & irritatis animis, arma vtrinque caperentur, ac pugnaretur, ſi quis tum eo caſu, non alterutri parti ſe adiungat, ſed ſolitarius, ſeparatúſque à cõmuni ciuitatis malo ſeceſſerit is domo, patria, fortuníſque omnibus careto, exúlque eſto.

IN legibus Solonis antiquiſsimis, quæ axibus ligneis inciſæ ferũtur, ſcriptam hanc tradit a li.2.ca.12. *Ariſtoteles apud A. Gellium*[a] *aientem ſe graui teneri admiratione ob eandem. Scribit autẽ ſe requiſijſſe quam ob cauſſam dignos pœna eos cenſeret Solon, qui ſe procul à ſeditione remouiſſent. Tum (inquit) qui penitus, atque altè vſum, atque ſententiam legis inſpexerat, non ad augendam, ſed deſinendam ſeditionem, legem hanc eſſe dicebat: & res prorſus ſic ſe habent. Rationem ſubijcit ibidem Gellius, referens Ariſtotelem ita legis ſententiam, vt ſuperius*

rius

rius scripsimus, expressisse. Plutarchus verò in Solone tradit eos, qui orta seditione, neutrā factionem sequuti essent honoribus duntaxat à Solone abdicari iussos: de exilio, atque bonorū publicatione nullum verbum facit: vter verius legis verba retulerit, expendant ij, quibus axonas Solonias in Prytaneo perlustrare contigerit.

Νόμος οδ

Βλάβης ἴσην τιμωρίαν εἶναι.

LEX LXXIIII.

Noxiæ par pœna esto.

R*Escripserunt in eandem sententiam diui Principes*[a]. *atque ita à Pontificibus*[b] *decretum scio. Nec pœna est vlteriùs protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum. Satis enim punitum esse in eo, in quo fecit contra leges Iulius*[c] *Paulus libro nono Quæstionum respondit. Hanc legem mutuò accepisse videtur Solon ab Hebræis. Nam ita Deuteronom.*[d] *cautum est.* QVOD SI IMPIVS CAEDENDVS EST, PRO-

a l.22. C.de pœnis.
b c.2. de ijs quæ fiút à maio. part.
c l.43. ff. de vulga.
d cap.25.

LEX LXXV.

Si populus, vel eiusdem religionis cultores, vel orgiorum sacrificuli, vel nautæ, vel sodales, vel commune sepulchrum habentes, vel publicani, vel in societatem coëmendorum pecorum, aut negotiationis, aut cuiuscunque alterius rei coëuntes paciscantur, inter se ratum esto: quatenus monimenta publica id nō prohibeāt.

Hanc ex Solonis legibus Caius noster[a] *libro iiij. ad legem xij. Tabularum scribit: ex quo huc secundum Pandectarum Florētinarum editionem transcripsi. Ideo autem instituta fuisse collegia, ceu corpora refert Callistratus*[b]*, vt necessariā operam publicis vtilitatibus exhiberent. Numam Pompilium primum collegia instituisse Romæ Plutarchus scribit. Eorum permulta genera ab Alexandro Seuero instituta refert Lampridius. Collegijs, ac corporibus legitimè institutis inuicem paciscend*

a l. fi. ff. de colle. illici.

b l. 5. de iure immu. ff.

ciſcendi ius eſſe lege Solonis expreſſum eſt, quã
c d l.6. *lege Decemuirali probatam Caius* [c] *noſter refert: Sanè in reipublicæ damnum; aduersúſve monimenta publica paciſci eis non licere lege noſtra vetitum eſt. Nam & monopolium exercere eduliornm propolis, ergolabis, operúmq; profeſſoribus vetat* Imperator [d] *Zeno:*
d l. j. C. de monopol.
cuius verba, atque ſententia eò mihi propendere ſit veriſimile, vt ad monopolia, & venditiones, quæ Reipub. *obeſſent, pertineant. Senatus permiſit diui* Marci *temporibus legare collegijs, quod ita accipiendum putat* Paulus [e]
e l. 10. ff. de reb. dub.
ſi illis coïre liceat. Quòd ſi diſſolutũ fuerit collegium, legatum eidem non deberi Scæuolæ [f]
f l. 38. ff. de leg. iij.
ſententia compræhenſum ſcio. Collegia *autem illicita à Senatu diſſoluta fuiſſe memoriæ prodidit* Tacitus *lib. xiiij.* θιασῶται, *qui ſint, quibúſq; cõparentur hodie tradit* Andræas Alciatus [g] *ex* Demoſthene, & Zenophonte.
g lib. 2. diſpúct. c. 14.

Νόμος. οζ

Τῶν ἀλλοτρίων μηδένα μηδὲν φέρειν, μηδὲν ἄγειν· τὸν δὲ κλέπτοντα διπλοῦν ἐκτίνειν.

LEX LXXVI.

Ne

Ne quis quicquam alienarum rerum ferat, agátve: fur dupli dãnator.

HAnc etiam Solonis esse Diogenes Laërtius libro j. Decretorum Philosoph. & Alexander ab Alexandro [a] clarissimi rerum antiquarum scriptores aiunt. Hanc à generoso promulgatam Plato summæ vir auctoritatis dialogo xj. περὶ νόμων scribit eiusdem fidus interpres: quam ita accipiendam putat, vt de rebus furto subtractis, & fortunâ in itinere, alióve loco repertis loquatur. Res accipiendas putat Plato, siue paruæ, siue magnæ sint. Legem itaque Soloniam ad furtum pertinere rectè putat Alexander ab Alexandro: idq; iuuari ait Draconis, quam cõmemorat, lege, quæ manus à rebus alienis temperare iubet. Quod autem ait Plato, si quis rem suam alicubi volens, vel contrà reliquerit, non tangat, qui fortè reppererit, non dissimile est Iuliani [b] responso existimãtis eum pro derelicto vsucapere non posse, qui merces ex naue iactatas inuenisset. Planè si res pro derelicto habita sit, statim nostram desiner

a li.6.c.10.

b l.7.ff.pro derelicto.

c l.j. ff. eo. *finere Vlpianus*[c] *ait.* Po*ſtremum legis caput explicat* A.*Gellius in noctibus* Atticis *lib.xj. cap.xviij.*

Νόμος οζ

Εἰ μὲν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι τοῦτον ἐξεῖναι, καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν πρὸς τοὺς ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο· τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν.

LEX LXXVII.

Si quis interdiu ſupra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abducendi ad Vndecimuiros ius eſto. Si verò noctu quodcunque furatus fuerit, eũ & occidere, & inter perſequendum vulnerare, & ad Vndecimuiros, ſi lubeat, abducere fas eſto. Conuicto autem eorum facinorum, ob quæ in vincula abripi licet, non liceat, datis vadibus, ſatisfacere pro furtis, ſed pœ-

na

na mors esto.

SSeueriorem Draconis legem partim repreßit Solon, partímque sequitur. Ille enim fures omnes etiam eos, qui olera subripuissent, morte plectendos iusserat, vt A. Gellius lib. xj. cap. xviij. & Plutarchus scriptum reliquere. Hac lege in primo capite pœnam non statuit Solon, sed furem dupli damnandum superiore sanxerat. Quæ verò pœna nouißimo iure expianda furta sint, Iustiniani [a] constitutione castigandos, ictibusq; fustium subijciendos iubentis expressum est. Solonis autem lege furti & ciuiliter, & criminaliter agēdi ius est: quod & Vlpianus [b] receptißimum ait. Quod ait lex, ἀποκτείνας &c. hoc est, vt furem nocturnum occidere liceat, ita accipiendum rectè existimat idem Vlpianus [c] si parcere ei sine periculo suo non potuit, & idipsum cum clamore testificetur, vt ait Caius [d]. Quibus obseruatis impunè feret. Quò pertinet id quod ait Plato dialogo ix. περὶ νόμων Qui nocturnum furem domum suam ingressum interemit, mundus sit, hoc est, impune illi esto: Rectè ait lex ἐκ ἐγγυητὰς

a cōsti. 134.

b l. 7. ff. de cond. fur.

c l. 9. ff. de sicar.

d l. 4. ff. ad leg. Aquil.

τὰς &c. Nā pro criminis, quod obijcitur, qualitate æstimare debet iudex vtrum in carcerem recipienda sit persona, aut militi tradenda, aut fideiussoribus committenda: idq́; Vlpianus [e] *scribit.* Fideiussioni *autem quando in capitalibus caussis locus sit, tradit* Io. Millæus *in praxi criminis persequendi, ad finem.*

e l. j. ff. de cust. reo.

Νόμος ο η

Ἐάν τις ἐχθρὸς παρορμήσῃ, ἢ δὲ πολίτην αὐτοῖς παραδῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

LEX LXXVIII.

Si quis hostem concitauerit, vel ciuē illi tradiderit, morte mulctator.

L*Egem hanc in xij.* T*abularū leges translatam* Marcianus[a] *scribit: eius autem auctorem* Solonem *fuisse* Plutarchus *memoriæ prodidit. Priore legis capite etiamnum vtuntur tribuni, militaréſque iudices.* Iure *enim in furcas tollitur is, qui commentitiè milites ciet, atque excitat, quod milites* Galli *dicunt,* qui fait vne faulse alarme. A*lterius capitis eiusdem*

a l. 3. ff. ad leg. Iul. ma.

eiuſdem legis verba, tametſi ad res cæteras præter hominem non pertineant, illas tamen legis ſententiâ compræhendi rectè exiſtimant Sceuola [b]*, & Iulius Paulus* [c]. *Si quis igitur arma, annonam, ferrum quídve aliud hoſtibus præbuerit, aut vendiderit vltimo ſupplicio expiandum facinus cenſeo, & ità aliquando ex facto conſultus reſpondi.*

b l.4.ff. eo.
c l. eotem. ff. de publi.

Νόμος οθ

Προαγωγοὶ γράφεσθωσαν, κἂν ἁλῶσι θανάτῳ ζημιοῦσθαι. θυγατέρες, καὶ ἀδελφαὶ μὴ πωλείτωσαν, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγενομένην.

LEX LXXIX.

Productores accuſantor, & conuicti morte plectantor. Filiæ, ſororéſve ne vendantor præter virginem ..m viro coëuntem.

L*Enones inſimulandos, & conuictos morti addicendos iubet Solon, quem huius legis auctorem refert Aeſchines orator apud Græcos clariſſimus. Lege quoque Iulia lenoni-*

a l. 2. de adult. ff. *bus præstitutam pœnam Vlpianus*[a] *notat.* No
b cōsti. 14. *uißima quoque Iustiniani*[b] *constitutione extremas pœnas sustinere iubentur.* Filiarum, *sororum, aut aliarum venditoribus mulierum pœnam non statuit* Solon, *sed eadem constitutione plectendos eos morte expressum est.* Neque *hoc mirum.* Nam *& lenocinij, & plagij tenentur.* Bone Deus, *quot sunt in Gallica* Corintho προαγωγοί, *qui lenocinia impunè ferunt, nō sine magno* Reipublicæ *incōmodo.* Hæc *lex ad mulieres producitur, ídque eadem constitutione liquet.* Verùm *productoribus, aut productricibus non egent eæ, quæ oculis, perditißimóque ornamentorum luxu sese prostituunt,* vt ex Aristophane *in* Nubibus *colligere licet,* ἑαυτὸν προαγωγεύων ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν. Quales *sæpe in* Gallica Corintho *animaduertimus custode remoto vicatim discurrentes.*
c l. 43. ff de rit. nup. Lænas *eas adpellat* Vlpianus[c], *quæ mulieres quæstuarias prostituunt.*

Νόμος π

Μοιχὸν ἀνελεῖν τὸν λαβόντα ἐν ἔργῳ ἐξεῖναι. ἐάν τις ἁρπάσῃ ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάζη-

ται

ται, ζημίαν δέκα δραχμὰς τάξασθαι κἂν προαγωγεύῃ δραχμὰς εἴκοσι πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται.

LEX LXXX.

Adulterum in opere depræhendenti occidendi ius esto. Si quis liberam mulierem vi rapuerit drachmis decem punitor. Si prostituerit, viginti drachmis tenetor, præter quàm si ea palàm venijsset.

Hanc Solonis esse Plutarchus ait, qua adulterũ in ipso actu venereo depræhendenti cuilibet necandi ius tribuit. Id marito & cognatis tantùm licere Romulea lege cautum scio. Posteriorum autem legumlatorum scriptis id duntaxat patri, & marito concessum in commentarijs ad Romulum, duce Deo, ostendemus. Quod ait lex ἐν ἔργῳ *ab Vlpiano*[a] *explicatur aiente hoc à Solone & Dracone cautum, hoc est, (inquit) in ipsis rebus venereis depræhensum, & (vt ait Lucianus)* ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντας. *In mulierum raptores seuerius*

[a] l. 23. de adul.

b l. fi. C. de rap. virg. *quàm Solon animaduerti iubet Iustiniani*[b] *cõstitutio: huiusmodi enim facinus morte vindicandum sanciuit, sed id post legitimas & iuri cognitas probationes accipiendum idem optima*

c l. 41. C. de episc. & cler. *ma ratione constituit*[c]. Neque enim dicenti *stupratã se, aut raptam ab aliquo dandã fidem iure proditũ scio atq; ita supremis curijs, pla*

d deci. 199. parte ij., e consi. 27. *cuisse refert* Nicolaus[d] Boërius. *sicq; respõdisse* Barbatiam[e], *&* Stephanũ Bertrandũ Car

f consi. 147. vol. iij. *pentoract.*[f] *in ancillas excandescentem, citantémque permulta legum capita firmißimísque rationibus confirmantẽ ait, quorum sententia probatur à simili petito argumento ex* Vlpia-

g l. 3. §. 1. ff. ad Sila. *ni*[g] *responso existimantis, dicenti sibi vim mortis adlatam à seruis, credendũ non esse: nisi hoc probetur.* Ob id autem necantur *(vt ait* Zeno-

h in Cyropædia. *phon*[h]*) adulteri, quod mulieres reddant impudicas.*

Νόμ☉ πα

Ἐπειδὰν δ᾽ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμ☉ ἔστω. μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ᾽ ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ.

ἐὰν

ἐὰν δ' ἀσὶν νηποινὶ, πασχέτω ὅτι ἂν πάσχῃ πλὴν θανάτου.

LEX LXXXI.

Poſtquàm quis adulterum depręhenderit, non liceat depræhendenti mulieri cohabitare, ſi habitauerit, infamis eſto. Sed nec liceat mulieri ire ad ſacra publica. Si adulter abeat impunè, patiatur ille, quod præter mortem, pateretur adulter.

HVius legis au‌ctorem Solonem ait Demo ſthenes κατὰ νεαίρας, quam & explicat. Huc videtur pertinere quod Papinianus[a] *lib. ij. Quæſtionum reſpondit. Idem quoque vetuit æterni Patris ſapientia* CHRISTVS IESVS *opt. max. apud Euangeliſten*[b]. *Illic enim ita ſcriptum ſcio.* Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι, καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. *Crimen quoque lenocinij contrahere eos, qui depræhenſam in adulterio vxorem in matrimonio detinuerint, non qui ſuſpectam habuere, diui Seuerus &*

a l. 13. de ijs quib. vt indig.

b Matth 5. & 19.

c l.ij. C. de adulter. *Antoninus* [c] *rescripserunt.*

Νόμος πβ

Τὰ τῶν ἐν πολέμῳ θανόντων τέκνα ἐκ δημοσίου θρεφθήτω.

LEX LXXXII.

Filij eorum, qui bello occisi sunt, publico aluntor.

LAertius *libro* j. *decretorum* Philosoph. *scribit* Solonē *huius legis auctorem eandem non ineleganter explicans.* Extat & *in* a lib.xij. ti. 48.l.1. Codice Iustiniano *titulus,* [a] *quo filij officialiū militarium, qui in bello moriuntur, in parentū militiam vocantur: quo loco in hæc verba scribit* Ioannes à Platea *antiquus iuris interpres, quasi hoc habeant in solatiū patris in acie principis amissi.* Producit & *hoc ad filiā feudatarij in seruitio (sic enim ipse loquitur) domini defuncti, quam in possessione feudi remanere debere censet.* Tu *in eum titulum vide* Pirrhum Angleber, & Andræam Alciatum.

Νόμος πγ

Ἐὰν

Ἐὰν τις ἀποπέμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα. ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς τοκοφορεῖν.

LEX LXXXIII.

Qui vxorem repudiarit, dotem restituat. Quòd si id non fecerit, interusurium sesquidrachmale pendat.

Recitatur hæc à Demosthene κατὰ νεαίρας, *atque explicatur. Iubet apud eum Solon dotem à viro vxorem repudianti reddi. Soluto enim matrimonio dotem mulieri reddi debere Vlpianus* [a] *scribit: idq; diui principes* a l.2.ff. sol. matri.
constituerunt. Sed & si morte viri solutum sit matrimonium, dotem ad vxorem redire oportere Honorius *&* Arcadius [b] *rescripserũt.* Di- b l.fi. C.eo.
rimi autem matrimonium morte, diuortio, captiuitate, vel alia contingente seruitute Paulus [c] *ait.* Repudio *quoque id est, renuntiatione* c l.1.ff.de diuor.
eóque misso dissolui Principum [d] *rescripto cõ-* d l consensu. de repu.
tinetur. Dissoluto igitur per repudium matrimonio dos mulieri reddi debet: idq; Iulianus [e] e l.6.ff.eo.
scribit, atque diuorum principum [f] *constitu-* f d.l. consensu.

tione probari ſcio. Rei vxoriæ actionem, quam σίτȣ δίκην apud Demoſthenem *vocauit, prodidit* Solon. *Sanè ſi vxoris culpâ miſſum fuerit repudium à viro, vxori denegandam actionē de dote repetenda* Scæuolæ *ſententiâ*[g] *compræhenditur: cuius ſententiam probare mihi viſus eſt* Marcellus[h] *libro ſingulari reſponſorum.* Tametſi *verò permultas repudiandæ vxoris cauſas adſignauerint* Iuriſconſulti, *cōſtituerintque* Imperatores[i] *vnam tamen, hoc eſt, ſolum adulteriū magnus nomotheta* Chriſtus *apud* Matthæum[k] *voluit in hæc verba,* λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτȣ͂ εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται. *Superſunt igitur hodie duo ſoluendi matrimonij modi, mors, & adulterium.* Non *ſum tamen neſcius* Iuſtinianum[l] *conſtituiſſe vxorem ſine periculo dotis amittēdæ marito coire nequenti repudium mittere poſſe: idque decreuerunt* Pontifices[m]. *Qui enim non poteſt reddere debitum, aptum eum coniugio non eſſe ait* Pontifex[n]. Tranſgrediamur *ad aliud legis* Sóloniæ *caput, quo cautum eſt vſuras à marito*

ceſſa

g l. 47. in fi. ff. ſol. ma.
h l. 38. ff. eo.
i toto titu. de repud.
k cap. 19.
l l. 10. C. de repud.
m c. fin. de frigi. & malefi.
n c. 2. eo. ti.

cessatore peti posse: earum modum præstituit Solon. Idem *quoque constituit* Iustinianus[o] *tẽpus dotis reddendæ declarans, eius verba hæc sunt.* Exactio *autem dotis celebretur, non annua, bima, trima die, sed omni modo intra annũ in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel incorporalibus, cæteris, videlicet rebus, quæ solo continentur ilico restituendis: quod commune vtriusque fuerat actionis. Sin autem supersederit res mobiles, vel se mouentes, vel incorporales post annale tempus restituere, vel cæteras res statim post dissolutum matrimonium, etiam vsuras æstimationis omniũ rerum, quæ extra immobiles sunt vsque ad tertiam partẽ centesimæ ex bona fide introducendas maritus præstet.* Hactenus Iustinianus. *Soloniæ et* Iustinianeæ *legis ratio est.* Nã *cùm rei vxoriæ actio eiq; suffecta ex stipulatu bonæ fidei sit*[p], *& vsuræ in bonæ fidei contractibus à moræ tempore debeantur, vt sæpissimè & responsum est*[q] *& rescriptum*[r] *atque communi calculo receptum: vsuras igitur ex mora non redditæ dotis deberi in confesso est.* Gratissimæ

o l.j.§.exactio. de rei vxo.act.

p §.fuerat. de act. Inst.

q l.33.de vsur.ff.

r l.2.C.eo.

autem Athenienſi populo fuere Draconis, & Solonis leges vſqueadeò, vt eis vtendũ decreue rit: ſicut in ea re teſtis eſt Andocides, παυσάμενοι (inquit) εἶπε, ἔδοξε τῷ δήμῳ πολιτεύεσθαι ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς σόλωνος, καὶ μέτροις, καὶ σταθμοῖς, χρῆσθαι δὲ τοῖς δράκοντος θεσμοῖς ὥσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ χρόνῳ. Hoc Athenieñſium exemplo tãtorum virorũ monimenta amplectere, ſuſpice, ac obſerua, iuris candidate nocturna, diurnáque manu verſes, velim, ac circunferas. Summa enim ratione, & æquitate nituntur.

νόμος π δ

ὅρκον τῶν ἀτίμων, καὶ εὐτελέων, ἄκυρον, καὶ κενὸν εἶναι.

LEX LXXXIIII.

Iuſiurandum ignominioſorũ, & vilium nullius momenti néve ponderis eſto.

SScribit Ioannes Ficardius lib. diſputationũ iuridicarum Solònem huius legis auctorẽ. cuius verba non refert, ſed (quantum ex eo coniјc

conijcere licet ea, quæ superiùs scripsimus fuisse existimamus. Ignominiosi *igitur, & vilis hominis iusiurandum non subsistere* Solon *cauit,idq́;* Bartolus[a] *rectè adnotasse visus est.* Huc *videtur pertinere* Græcorum Senarius. [a] l. admonendi.ff. de iureiurãdo.

Ἀνδρῶν φαυλῶν ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.

I*urantis igitur conditionem spectandam rectè* Angelus[b] *censuit lib. ij.Institutionum.* [b] §.aliæ autẽ.de dona.

Νόμος πε

Τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι.

LEX LXXXV.

Senioribus adſurgunto.

V*Enerandam senectutem semper in pretio habuit memorabilis antiquitas, idq́; legibus,moribúsque cõstat.* Principiò Lycurgus, *lege lata,* Lacædemonijs *præscripsit, vt maior rerum omnium honos maiori ætati haberetur:cuius rei testes sunt* Plutarchus *in* Dicterijs Laconicis & A.Gellius[a] *lib.ij.noctium* Attic. Re *quoque & verbo seniores colendos sancitum fuisse* Plato *dialogo ix.de legibus me*- [a] cap.15.

moriæ

moriæ prodidit. Moribus *etiam id obtinuisse* Callistratus [b] *noster scribit. Senior igitur primus sententiam dicere debet, vt clarissimus apud* Græcos *orator* Aeschines *aiebat,* δευτέρον δ' ἢ ἢ, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τὸν βουλόμενον καθ' ἡλικίαν &c. *id quod & apud* Vlpianum [c] *animaduerti.* Nam *(vt* Græcorum *Senario liquet)*

b l. semper. de iure immunit.

c l. 1. ff. de albo. scrib.

γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.

Senes (vt ait Plato*) deligendi sunt magistratus: idq́,* Lycurgum *iussisse* Plutarchus *commemorat.* Quod *& in Senatoribus creandis (à senibus enim nomen illis inditum est)* Romulum *obseruasse clarissimi rerū scriptores prodidere, nec immeritò: matura enim sunt senum (vt ait* Homerus*) consilia, quibus rem publicam iuuant, vt apud* Pindarum *animaduerti.* Optima *igitur ratione sanciuit apud* Zenophōtem Lycurgus *senectam pluris habendam, quàm iuuentutis robur, & vt* Tyrtæus *rectè scribit.*

Grandæuique senes, & qui de plebe creati
Sanctarum legum ciuibus instar erunt.

Sed

Sed & priuatam animaduersionem, domesticásque emendationes senioribus concessas esse diui [d] principes rescripserunt.

d l. 1. C. de emẽd. propinq.

Extant & aliæ Solonis leges: sed expressa verba desyderantur. Philemon scribit Solonẽ primum lupanaria, & meretrices publicas instituisse: idq; ea ratione, vt iuuenes ea Venere contenti à pudicis solicitandis abstinerent. Iura etiam cõniuentiâ quadam Lupanaria exerceri permittunt, vt ex Vlpiani [e] sententia colligunt quidam. Illud autem proditum scio Lupanaria non infamare castitatem: idque Ambrosius ait [f]. Meretricem eam adpellant, non quæ adulteris, ceu stupratoribus se committit, sed quæ sine delectu vicem prostitutæ sustinet: idq; Vlpianus [g] ait. Meretrices è vicinia Pudicarum expellendæ sunt, vt rectè censuit Alciatus ex nouissima [h] Iustiniani constitutione. Hæ sunt, prætor æquissimè, quæ ex Prytanæo ad hanc vsque ætatem peruenerunt Solonis leges. Permultas desyderari certo scio: sed hominũ ignauiâ interciderũt, imperitóque neglectu obliteratæ sunt vsq; adeò est, vt nec à Diogene

e l. 27. de peti. hæred. ff.

f c. tolerabili. 32. q. 5.

g l. 43. ff. de de rit. nup.

h in authẽ. de lenonib.

gene

gene Laërtio antiquitatis adſertore recuperari potuerunt. Solonis *autem leges in* Prytanæo *deſcriptas fuiſſe* Pauſanias *cõmemorat, quod & Plutarcho probatum ſcio.* Erat *autem* Prytanæum *ædificium quoddam Athenis intra* Alten Elcorum. Reliquã Prytanei *deſcriptionem accipiet ex* Pauſania *in* Eliacis *lector conatus noſtros non dãnaturus. Sed ante quàm* colophonem *addam, huc ex* Aeſchine Oratore κατὰ κτησιφ. *Amphictionum ſcitum, pronuntiãte* Solone, *referã.* Sic *itaque ſcribit* Aeſchines. λαβόντες δὲ τὸν χρησμὸν οἱ ἀμφικτύονες ἐψηφίσαντο, σόλωνος εἰπόντος ἀθηναίου τὴν γνώμην, ἀνδρὸς, καὶ νομοθετῆσαι δυνατοῦ, καὶ περὶ ποίησιν, καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότος, ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἐναγεῖς κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. *hoc eſt,* Oraculo *accepto,* Amphictyones *legem fecerunt, & decretum,* Solone *Athenienſe viro, qui in ferendis legibus multùm poterat, in poeſi, atque philoſophia educatus erat, ſententiam pronuntiante, educendum eſſe in expeditionem exercitum aduerſus execrabiles, deuotos, atque facinoroſos homines.* Hactenus

Solonis laus.

nus

nus Aeschines. Amphictyonum igitur ita concepta fuit lex, vt opinor quò me adducunt Aeschinis verba.

ΕΠΙΣΤΡΑΤΕΥΣΕΣΘΑΙ ΕΙΣ ΕΝΑΓΕΙΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΜΑΝΤΕΙΑΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Solonis lex.

Hanc legem Solonis esse adstruere, adserere'que ausim. Nam ab eo pronuntiatam vel fidelissimo Aeschinis testimonio liquet. Atqui (vt ait Iustinianus[i]) omnia nostra facimus, quibus auctoritas nostra impartitur. Vult autem lex, si facinorosi, scelestique homines, aut latrocinantes præhendi nequeant, τῶν ἀγεων συλληψίαν, hoc est, facinorosorum hominum captionem, educto exercitu, manúque militari exequendam: & eo iure vtimur. Huc etiam videtur pertinere, quod ab Augustino[k] de iusto bello loquente, respõsum est. Bellum quoque aduersus latrones gerendum censet Ambrosius[l] libr. j. Officiorum. Quod ait lex, in facinorosos educendum exercitum, ad iudicia ciuilia meritò productum est. Nam

i l. 1. C. de vet. iu. enu.

k c. 2. 23. q. 2

l c. fortitudo. ead. cau. q. iij.

m l. 63. ff. de rei ven. *(vt ait Vlpianus* [m] *lib. lj. ad edictum, qui resti tuere iussus iudici non paret contendens non posse restituere, si quidem habeat rem, manu militari officio iudicis possessio ab eo transfertur. Idem lib. lvij. ad edictum seipsum explicans* [n]. *Si quis(inquit) missus fuerit in possessionem fideicommissi seruandi caussa, & non admittatur, potestate eius inducendus est in possessionem, qui eum misit, aut si quis volet vti interdicto, consequens erit dicere interdictum locum habere. Sed melius erit dicere extra ordinem ipsos iure suæ potestatis exequi oporter tere decretum suum: nonnunquam etiam per manum militarem. Si ciuilis caussæ gratiâ militari manu decreta sua exequantur iudices, quantò magis deuotos, sacros, nefarios, scelestósque homines ac famosos latrones eadem manu præhendendi ius esse debet?* Lex Solonis, *aut (si mâlis)* Amphictyonum *moribus Gallorum recepta est.* Amphictyones, *consessus quidam fuit Græcorum duodecim viris constans iuris dicundi caussâ.* Horum *exemplo edocemur consulendum esse* Deum *antè, quàm*

n l. 3. ff. ne vis fiat ei.

opus

opus aliquod aggrediamur, aut instituamus cuius rei nos admonet diuinus vates Esaiah [o]. o cap. 30.
Id *obseruasse se* Iustinianus [p] *de collectione veteris iuris loquẽs refert.* Ait igitur Aeschines. p l. j. C. de vet. iu. enu.

Ἀγανακτήσαντες δ' ἐπὶ τοῖς γενομένοις μάλιστα μὲν, ὡς λέγονται, οἱ πρόγονοι, οἱ ὑμέτεροι ἔπειτα, καὶ οἱ ἄλλοι ἀμφικτύονες, μαντείαν ἐμαντεύσαντο παρὰ τοῦ θεοῦ, τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν, καὶ αὖθις ἀναιρεῖ ἡ πυθία πολεμεῖν κιῤῥαίοις, καὶ ἀκραγαλλίδαις πάντ' ἤματα, καὶ πάσας νύκτας, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκπορθήσαντας, καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισαμένους ἀναθεῖναι τῷ ἀπόλλωνι τῷ πυθίῳ καὶ τῇ ἀρτέμιδι, καὶ λητοῖ καὶ ἀθηνᾷ προνοίᾳ ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ, καὶ ταύτην τὴν χώραν μήτ' αὐτοὺς ἐργάζεσθαι, μήτ' ἄλλον ἐᾶν. *Quae verba ita vertit* Perionius. *Cùm autem ea, quae gesta erant, acerbè, grauitérque tulissent, primùm, ac maximè, vt ferunt, maiores vestri, deinde caeteri* Amphictyones *Deum consuluerunt, quódnam supplicium de istis hominibus sumi oporteret: tumq; respondit, geri bellũ oportere aeternum, diu, noctuq; cum Cirrhaeis, & Acragallidis, eorúmq; agris vastam*

m

tis, & ipsis seruitute oppreßis, consecrari agrum Apollini P*ythio*, D*ianæ*, L*atonæ*, M*ineruæq́; prouidæ, ita vt ne quid deinceps operis fieret: agrúmque ipsum nec ab ipsis, nec ab alijs coli.* C*onsulendus est igitur operis boni auctor* D*eus opt. max.* N*am (vt ait Euangeliographus* [q]*).* πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. A*d reliqua, eo duce, pergamus.*

q Io. 1.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων
κριτική.



ROMVLI ROMANORVM REGIS LEGES,

Pardulpho Prateio I. C. interprete.

Amplißimo viro Gulielmo Menronio I. C. Marchianæq; Prouinciæ Præsidi æquißimo Pardulphus Prateius Augustobuconius S.



VO tempore in foro versarer, præses, ius ciuile Romanorum priuatim repetens ad peruestigãdas primas eorum leges animum appuli: in eas tandem, quæ à Romulo primo Romanorum Rege latæ extant, incidi. Hunc enim leges tulisse (ita erat diuino numine percitus in magnarum rerum initijs) Ouidius lib. xv. μεταμορφ. testis

est locupleti ssimus.

- populísque æquata duobus
Romule iura dabas.

Cuius sententia Pomponij nostri, Plutarchíque testimonijs iuuatur. Harũ autem legum quasdam diuinis adfines, cognatásve esse liquidò constat. illa quidẽ, quæ viris in adulterio depræhensas vxores deserere permittit, atque repudiare: alia verò, quæ deorum fabulas credi vetat: alia quæ parricidas morte plectendos iubet. Non igitur omnes exoleuisse credendum est. Tametsi verò sciam leges omnes regias exactis regibus exoleuisse lege Tribunitia, non omnino tãmen à stirpe interijsse aiunt recẽtiores iuris interpretes. Quibus adductus Romuleas leges scholijs illustraui quanta potui breuitate, & perspicuitate, ne in Horatij carmen breuitatem obscu-

ram

ram damnantis ferrentur hæc meã, quantulacunque ſint interpretamenta quorum(etſi F. Villario regio conſiliario nuncupata ſint) participem eſſe te peruelim: cùm ſtudia veſtra paria eſſe certò ſciam: atque vtrunque veſtrûm pari proſequar amicitiâ. Ad hoc autem ſcribendi ſtudium G. Prateij aui mei cauſſarum patroni exempla, ſcriptáve, quæ adhuc delite-ſcunt in publicum aliquando proditura, impulerunt: ab eo lampada non venandæ auræ popularis, ſed iuuandæ Reipubl.(ſi qua in re poſſum) cauſsâ accepi. Tu interim boni conſule, & vale. Lugduni Calendiis Februarijs 1559.



LEGES ROMVLI.

LEX PRIMA.

Ne quid inauguratò faciunto.

Citra augurium quid aggredi vetuit Romulus: Augures tamem consulendos non
a l. v. C. de mal. & ma. *esse iubent Constantius & Iulianus*[a] *: alioqui & consulentẽ & consultorem gladio, flãmisve*
b l.3.& 5.C. cod. *subijci oportere rescriptum est*[b] *. Sed æternũ Domini, summiq; Dei verbum consulendum admonuit Esaiah. Imprecatur*[c] *apud eundem*
c cap.3. יְהוָה *ijs, qui aliunde, quàm ab ipso consilia capiunt.*

II.

Patres sacra, magistratúsque soli peragunto, ineuntóque.

Senatores centum (quos patres appellauit, πατέρας, inquam, τῷ κοινῷ, vt ait Suidas) creasse Romulum memoriæ prodiderunt Liuius, & Pomponius Lætus: idq; inter omnes

conue

conuenit: penes quos rerum (ea erat Senatus maieſtas) omnium cognitionem fuiſſe aiunt: eóſque ſacrorum miniſtros fore decreuit: atq; ideo ſacra inceptare, abſoluerḗque eos iuſſit. Quod ait lex, MAGISTRATV'SQVE SOLI, *ad maiores duntaxat magiſtratus pertinet: quibus ſolis ſacra peragendi ius eſſe cauit* Romulus. *Patres autem Senatores adpellauit, idq; vel* T. *Liuij teſtimonio conſtat. Horum collegium Senatum ab ætate (vt ait in eo* Plutarchus*) vocauit.*

III.

Sacrorum omnium poteſtas ſub Regibus eſto.

Sacra patres cuſtodiunto.

C*Iuitatis* Romanæ *initio omnia manu regia gubernata fuiſſe* Sex. Pomponius [a] *ſcribit. Sacrorum meritò poteſtatem ſub regibus eſſe lege ſanciuit* Romulus: *idémque* ἱεροφύλακας τῶ κοινῶ πάτερας *eſſe voluit. Sacra ſunt*(Marciano *definitore* [b]) *quæ publicè conſecrata ſunt, non priuatim. Tu in hanc legem*

a l. ij. ff. de orig. iur.

b l. 6. ff. de re. diui.

vide Hallicarnassæum. Sacrorum iura Pontifici maximo concesßit Numa.

IIII.

Plebei agros colunto.

PLebeios accipere debemus agricolas ex Calistrati[a] *sententia.* Nam *(ait idem Platonem citans) ciuitas eget, & agricolis, & opificibus alijs. Agricolis, inquam, vt agros colant, exerceántve vt alimenta è terra proferant, vt ait Socrates apud eundem Platonem in eo dialogo cui titulus est, Euthydemus, vel litigiosus.*

a l.2.ff.de nundi.

V.

Populus magistratus creanto, leges sciscunto, bella decernunto.

QVod ait lex, authoritate Senatus accipiendum rectè putamus : idq; T. *Liuij testimonio constat.* Q*uum verò (vt ait Pomponius* L*ætus) Senatoribus de rebus omnibus potestatē cōcesßisset cognoscēdi, Populo quoque* R*omano munus præscripsiße liquido constat,*

ſtat, eíque magiſtratus creandi, bellíque ſuſcipiendi, vel nõ ſuſcipiendi (authore tamen Senatu) ius eſſe voluit. Lege tamen Regia omne ius populi in principem collatum Vlpianus[a] *lib.* j. *Inſtitutionum ſcribit.* a l. j. ff. de conſt. prin.

VI.

Deorum fabulas ne credunto.

V*Aniſsimis deorum fabulis fidem dari vetuit* Romulus *alioqui religionis* Chriſtianæ *expers, imitatus fortaſſe* Ezechiam *fabularum inanium propugnatorem acerrimũ. cuius rei etiam nos commonuit prudentiſsimus* Planudes.

ποιηταὶ θαυμαστὰ γὰρ ἀλλ' οὐ πιστὰ λέγουσι.

Nam miranda canunt, ſed non credenda
Poëtæ.

Οὐ εἰσὶν γὰρ (*vt ait* Apoſtolus[a]) θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. Sed *&* idem Cretenſes redarguiiubet idem[b] ἵνα (*inquit*) ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες ἰουδαικοῖς μύθοις &c. a Acto. 19. b ad Titũ. cap. i.

VII.

Deos peregrinos, præter Faunum,

ne colunto.

FAunum primum Latij Regem fuisse memoriæ prodidit Pomponius Lætus, eundémque dijs primùm templa consecrasse: ob ídque Deus creditus est. Neque tamen hunc, neque patrios, neque peregrinos, sed vnum summum rerum, hominúmque parentem adorandum toto corpore animáque venerandum sacrosanctissimis Bibliorum libris[a] constat: idq; Imperatorum[b] constitutione ad Bisantios iubetur.

a Exo.20. Matth. 4.
b l.1. C. de sum. trinit.

VIII.

Nocturnas in templo vigilias ne habento.

NOctem flagitiorum omnium comitem nemo negat: ídque Menander ait, τὴν νύκτα πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. prudentissima igitur lege vigilias noctis habendas esse vetuit Romulus. Nocturna tamen sacrificia Magnentius eius rei author permiserat: quæ aboleri iubet principis constitutio[a]: qui secus fecerit, proscriptioni subijciendum eum præcipiunt diui

a l.5. de paga. sacr. & tép. lib. xvj. Cod. Theodos.

diui Gratianus, & Valentinianus [b]. *Bestijs quoque obijci Paulus* [c] *ait, qui sacra nocturna obcantant.*

b l.7.Cod. Theo.eo.ti. & lib.
c li.v. sent. tit.25.

IX.

Ne quis, pręsentibus fœminis, obscœna verba facito.

Qvum (vt ait Apostolus [a] *) φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ turpiter, præsentibus mulieribus, loqui hac meritò lege vetitũ est. Id enim aduersus bonos mores esse à veteribus Iurisprudentiæ scriptoribus traditũ est: atque ideo iniuriarũ eum, qui turpibus verbis vsus esset, teneri Vlpianus* [b] *ait.*

a 1.Cor.15.

b l.item apud. §. qui turpibus. ff. de iniur.

X.

Quisque demissam ad talos togam in vrbe habeto.

Qvod ait lex, ad solos ciues Romanos pertinere Plutarchus, & Marcianus [a] *noster aiunt, quibus solis togæ vsus iussus est. Sed quum varia, multáque essent (vt G. Budæus, & L. Baïfius scribunt) togarum ætati,*

a l.sed si. ff. de iure fisc.

ac

ac dignitati congruentium genera, lati claui insigni Senatores à reliquis ordinibus discretos, dignotósve fuisse ex varijs rerum scriptoribus liquet manifestò. Foris *autem, rurive toga vti, eámque habere minimè iubemur: cuius rei fortissimum est argumentum, quòd in vrbe eam duntaxat habere lex iusserit.*

XI.

Parricidas omnes capite puniunto.

Qui hominem necauerit, vltimo supplicio plecti debere diuinis [a], *humanisq;* [b] *legibus constat, eoq; iure vtimur. Quod de eo, qui sciens ex* Numæ *Pompilij lege, ac dolo ex Pauli* [c] *sententia, occiderit, accipiendum est. Certis tamen ex caussis parricidia mitiùs expiari, homicidásque noxa eximi scribit* Boulencius *ad Calistratum* [d].

a Exo. c. 12.
b l. 3. C. de epi. aud. l. 2. §. legis. ff. ad leg. Cor. de sic.
c l. 7. ff. eo.
d l capitalium. §. famosos. ff. de pœnis.

XII.

Ne quis, nisi per portas, vrbem ingreditor, néue egreditor: mœnia sacrosancta sunto.

Quum

QVum ingrediendi, egrediendiq; caussa portas effecerit antiquitas, alià, quàm per eas ingredi egrediq; vetat Romulus. Hanc legẽ repetijsse visus est Henricus II. Gal. Rex militari constitutione, in hæc verba. Le soldat entrãt, ou sortant par autres lieux que les ordinaires, sera passé par les piques. Sed & lex antiqua vetuit νύκτωρ μὴ ἀνοίγεσθαι τὰς πύλας. Sanctos quoque esse ciuitatis muros Vlpianus[a] ait: eorum violatores capite plectendos, scribit Pomponius[b]. a l. 8. ff. de rer. diuis. b l. fi. ff. eo.

XIII.

Mulier viro legitimè coniuncta, fortunarum, & sacrarum socia illi esto: vtq; domus ille dominus, ita & illa domina.

VXorem diuinæ & humanæ rei sociam esse diuus ait Gordianus[a], atque adeo domina perinde ac vir legibus, moribusque existimanda est, eoq; iure vtũtur Boij Galli, quorum consuetudo, des aquestz & cõquestz, a l. 3. C. de cri. exp. hæ.

acci

accipienda est. Legem Romuleam, Boiorumq; consuetudines accipe de bonis quæ manēte matrimonio, quæsita sunt, ne aduersetur quod Paulus[b] *scribit, quia, inquit, societas vitæ quodãmodo eam dominam faceret: id quod de bonis viri accipiendum puto, quæ si mulier subripuisse diceretur, in eam furti actionem denegari idem scribit: sed rei eius nomine rerum amo. iudicium singulare introductum est.*

b l.1. rerum amo. ff.

XIIII.

Filia, vti patri, ita defuncto viro, hæres esto.

F*Iliam patri hæredem esse legibus, moribusq; constat. Quod autem lex eam viro hæredem esse iubet, eam habet interpretationem, si iustum sit, maneátque matrimonium, id Vlpianus*[a] *ait. Deficientibusq; filijs, agnatísve, legi huic, & Prætoris edicto,* VNDE VIR, ET VXOR, *locum esse rescripserũt Imperatores*[b]. *Noua verò Iustiniani*[c] *constitutio inopes, indotatásque vxores cum liberis ad successionem vocat.*

a l.j. ff. vñ vir & vxor.
b l.1. C. eo.
c cõsti. 54.

XV.

XV.

Adulterij conuictam, vir, & cognati, vti volent, necanto.

PRudentißimus ille M. *Cato apud Gellium* [a] *scribit, ius fuisse maritis necandi vxores in adulterio depræhensas, quod & M. Antoninus & Commodus apud Vlpianum* [b] *rescripserunt. Sed ita demum licere viro, si domi suæ deprachenderit, Paulus* [c] *receptum ait. Quod & lex Iulia patri concesßit apud Vlpianum* [d]. *Cæteris autem præter virum, patremque id minimè licere Pomponius* [e] *& Vlpianus* [f] *aiunt. Virum autem in adulterio deprahensum non licet vxori necare: idq;* M. *Cato censuit apud Gellium.*

a li.x.c.23.
b l.38.§.pe. ff.de adult.
c li ij.sent. recep.ti. 28.
d l.23.ff.eo.
e l. 20. ff.e.
f l.21.ff.eo.

XVI.

Si vinum biberit, domi, vt adulteram, puniunto.

VIni vsum mulieribus prohibuit lex: quarum permultas ob id multatas Cato scripsit apud Gellium [a]. *Vino enim intemperan*

a vbi.s.

b l. 29. C. de adult. perantiam præberi Constantinus [b] Imperator rescripsit. Præclarum autem illud in Latio fuisse institutum memoriæ prodidit Lætus, quo mulieres abstemiæ esse iussæ fuere: cũ vinum soleat esse libidinis irritamẽtum. Quare non minus exitiale mulieribus antiquißimis fuit, si vinum bibissent, quã si in adulterio depræhensæ fuissent. Id autem osculo depræhendebant cognati.

XVII.

Parentum in liberos omne ius esto relegandi, vendendi, & occidendi.

a l. 11. ff. de li. & posth. SEuerioris plus æquo legis huius commeminit Paulus [a] noster. Meritò autem ab humanißimis Imperatoribus abrogata fuit, idq; b l. fin. C. de pat. pot. Cõstantini rescripti [b] sententiâ cõstat. Sed & lege Pompeia de Parricidijs coërcendum patrem, qui filiũ necasset, c l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parric. Marcianus [c] ait. Sed & si filius contra pietatem malè à patre tractetur, emancipari eum iußit diuus Traianus [d]. d l. fin. ff. si quis à pat. fu. ma. Sed nec vendi, donari aut pignori dari eos debere Imperatores [e] constituere. e l. fin. C. de pa. qui fi. di stra. Sanè victus

caussa

caussa vendendi, ac postea repetendi ius patribus esse diuus Cōstantinus [f] *rescripsit.* Tam- *etsi verò potestas vitæ in liberos necisq́; adēpta fuerit, libertatem tamen in eos eripere à patribus non licet, idq́; idem* [g] *constituit.*

f l.2. C. eo.

g l.fi. C. de pat. potest.

XVIII.

Monstrosos partus sine fraude cædunto.

QVod ait lex, ad eos partus spectat, qui non humanæ, sed alterius animalis formam habent: idq́; Vlpianus [a] *scribit. Quales puto, si mulier catellum, aut brutum aliud ederet, aut vt* Hetrusca *quædam, serpētem.* Nec *tamē verbis, neque legis sententia compræhenduntur ἀνδρόγυνοι, quibus vitam adimere nefas esset, neque enim id monstrum esse, cuius membra natura ampliauit,* Paulus [b] *receptum scribit: tametsi androgynos in mare abijciendos curauerint* Aruspices.L. Metello, *&* Q. Fabio Maximo COSS. *Tu in hanc legem vide* Alciatum [c] *partuum monstrosorum species distribuentem.*

a l. quæret. ff. de ver. si.

b l.14. ff. de sta. hom.

c d.l. quæret.

XIX.

Virum vxor ne deſerito:vxorem, ſi in veneficio natorum, adulterióve depræhenſa, clámve marito fuerit, repudiandi ius eſto: qui præter has cauſſas repudiarit, rerum ſuarũ pars vxori dator: pars Cereri ſacra eſto.

H*Anc prætermiſit* F. B*alduinus. Vetuit lex vxoribus, ne viros deſerãt. Tametſi verò viro id vetitum non videatur: id tamen legis noſtræ ſententia compræhendi liquidò conſtat. Quod & CHRISTVS*[a] *opt. max.* DEVS *præpotens & æternus vetuit. Sanè ſi adultera ſit, diuinis, humaniſq́; legibus deſeri, repudiariq́; vxor poteſt. Adulteriũ autem ſolam eſſe repudiandæ vxoris cauſſam* IESVS CHRISTVS *æterni* D*ei verbum, idemq́;* DEVS *iubet apud Euangeliographum*[b]*: à cuius præſcripto diuino, ſacróque ſancto, ne lato quidem (quod aiunt) vngue nefas eſſe diſcedere puto: tametſi neſcius minimè ſim plurimas repudiandæ vxoris cauſſas à* T*heodoſio*

Valent

a Mat. 5. & 19.

b Mat. 5. & 19.

Valentiniano & Iustiniano connumerari [c]. c l. 8. & 11. C. de rep.

XX.

Deprehensi in homicidio statim puniuntor.

Omperto homicidio, atque ἐπ' αὐτοφώρῳ homicida deprehenso, pœnam differendam nõ esse lex ait. Nam *& rei capitalis damnatos statim plecti debere Vlpianus* [a] *scribit. Sed nec differendam esse criminis vltionem Constantinus* [b] *iubet, ne supplicandi facultas præbeatur. Sanè verò (vt iubent Gratianus & Theodosius) si vindicari in aliquos seuerius contra Imp. consuetudinem pro caussæ intuitu iubeãt nolunt ijdem principes statim eos subire pœnã, aut excipere sententiam, sed per xxx. dies suspensa sit eorum fortuna. Huius legis caussam adfert Ecclesiasticæ historiæ liber cuius commeminit Decretorum coagmentator Gratianus* [d] *: commemorant & hi qui de Theodosio historias scripserunt. Sed nec prægnantem vltimo supplicio damnatam pœnas statim dare debere existimatum* [e] *est. Permultas alias spe*

a l. 1. ff. de pœnis.

b l. 18. C. eo.

c l. 20. C. e.

d c. cum apud. xj. qõ. iij.

e l. prægnãtis. ff. eo.

cies retulit clarißimus Iurecos. *idémque præceptor meus* Ioannes Corasius *ad* Vlpianum[f]: *cuius extant commentarij non minus docti, quàm elegantes.*

f l. si debitori. ff. de iudi.

XVI.

Plebeij, quem sibi ex patricijs patronum volent, deliganto.

HAnc ideo à Romulo latam scribit Halycarnassæus[a], *ne iniuria locupletum in humiles, & contra egenorum inuidia in potentes discordiam pareret. Patroni pro clientibus ea faciebant quæ patres pro filijs, pecuniarum caussas explicabant, caussas pro iniustè oppreßis sumebãt. Quid aute hodie caussarum patroni præstare debeant, quódve sit eorum officium diui* Iustiniani[b] *constitutione expressum est. In legem hanc* Romuleam Zasium *acutißimum iuris interpretem perlustres in commentarijs ad* Pomponium[c].

a lib. 2.

b l. 12. C. de iudi.

c l. 2. ff. de ori. iur.

XXII.

Iudicijs fraus ne adhibetor.

Gra

GRauißimus antiquitatum Romanarum ſcriptor Halycarnaßæus legem hanc à Romulo latā ait, qua in iudicijs dolum abeſſe cauit. Iniquum eſſet, dolum enaſci vbi iura, bonum & æquum reddi debent. Quod ait lex IN IVDICIIS, non ſolùm ad litis progreſſum, & explicationem, ſed & ad finem atque ita ād clauſulam iudicatum ſolui pertinet. Nā, (vt eleganter ſcribit Venuleius[a]) nouißima clauſula iudicatū ſolui ſtipulationis dolum malum abeſſe, abſuturúmque eſſe, & in futurum tempus permanens factum demonſtrat. Nam ſicut in contractibus bonam fidem conſiderari æquum eſt, vt diui Principes[b] reſcripſerunt: ita & in iudicijs: in quibus contrahi Vlpianus[c] rectè cenſuit. Vtinam hac lege vterentur plerique, qui dolo malo, vafritijs, & commentis ſe inuicem circunſcribunt cognitores, & procuratores, in quibus delitеſcit id quod ipſi vocant ſurprinſe. Lites, eorum pabula in æuum protrahunt, ſcriptis latißimis linearum interſtitijs litigatores decipiunt, litis inſtrumenta ſubripiunt, abſtrudunt, & ſupprimunt, non ſine

a l.19.ff. iu dic.ſol.

b l.4.C. de obli.& act.

c l.3.§. idē ſcribit. ff. de pecu.

magno litigatorum incommodo. Qui in iudicijs fraudem, dolúmve adhibuit, litis sumptibus coërcendum eum decreuerũt pontifices [d]. *Quorum decretis adductus, motúsve cum quidam dicerent fisci procuratorem à testibus producendis summotũ, tempúsque elapsum, nec id probassent, eos in liticulæ sumptus condemnaui tum vico Redolæatio suppræffectus: quò me etiam impellebat diuorum principum constitutio* [e]. *Licet autem à me prouocassent, sententiam tamen meam confirmauit iudex appellationis* Iacobus Menronius Marchianæ *prouinciæ præses, idq́; diebus statis.*

d c. 5. de dolo & cõtu.

e l. 4. C. de fruct. & lit. expen.

XXIII.

Maximarum iniuriarum iudicium penes Reges esto, minorum penes Senatores.

H*Anc quoque* Romuli *esse ex Halicarnassæo liquet.* Solebant *(inquit* L. Charonda *ad* Zasiũ*)* Reges *iudicijs præesse priuatis, quæ certis iudicibus delegauit* Seruius Tullius, *vt secũdùm leges à se latas ius diceret.* Ma

iores

iores iniurias ex personis, atque rebus, & tempore accipiendas puto ex verbis, sententiáque Vlpiani [a]. *Maiorem autem iniuriam atrocem appello. Persona atrociorem iniuriam fieri ait, cum magistratui, parenti, patronóve fit. Tempore si in ludis, & in conspectu prætoris. Vidi sanè in conspectu Prætoris, Augustobuconiorum ἀναλφάβητον procuratorem post innumera conuitia alium pugnis impetere, pulsare, lacerare. Sed eò redeamus, vnde digressi sumus.* Re *atrocem iniuriam haberi ait idem, si vulnus illatum, os alicui percussum sit.* Hoc verò *iure vtuntur, vt penes pedarios iudices iniuriarum atrocium iurisdictio sit. Legi huic apud meos* Marchianos *locus est relictus.* Nam *magistratus municipalis inferioris iurisditionis* (*hoc est, vt nostrates loquuntur,* qui a seulement la basse iurisdition) *maiorum iniuriarum, & sic vulneris illati iudex non est: ideóque ad maiorem iudicem, & atque ita regium, negotium refertur, penes quem merum mixtúmque imperium & iurisdictio omnis est, quod nostri dicunt* iurisdition haute, mo-

a l. 7. ff. de iniur.

yenne, & basse: *quibus præest iudex Augustobuconiatum.*

XXIIII.

Annus, decimus mensis esto.

A*Nnum decem mensibus instituisse* Ro*mulum à varijs traditum est.* Annus *autem trecentis quatuor diebus constabat, id quod* Solis *aut* Lunæ *cursui non conueniebat, ob ídque* Numa Pompilius Ianuarium, *&* Februarium *addidit.* T*u in hanc legem vide* A*lciatum*[a].

[a] l. cũ bissextus. ff. de verb. signi.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.

DVOD



DVODECIM TABVLARVM LEGES,

Pardulpho Pratcio Iuriſconſulto Auguſtobuconiate interprete.

Pardulphi Prateij Auguſtobuconiatis I. C. in leges XII. *Tabularum*

PRAEFACIVNCVLA.



Ecemuiralium legũ originem, cauſſam, ac effectum prudens prætereo: de ijs enim eruditiſſimè, fuſiſſiméque ediſſerunt D. Halycarnaſſæus, Sextus Pomponius, & M. Cicero. Vaniſſimi itaque eſſet operis eorũ verba huc tranſcribere: cùm eos nocturna, diurnáque manu verſet ſtudioſiſſimus quiſque. Tametſi verò ea

rum vim, atque poteſtatem correxerint, & reſtrixerint C. Falcidius Tribunus plebis, aliíque poſteriores nomothetæ. Cōſtitutionibus tamen pleriſque eas probatas, atque confirmatas ſcio. Cùm autem ab ijs in lucem feratur ius noſtrum ciuile, eas ſparſas coniunctim reuocauit, atque coadunauit F. Balduinus, ſed quia ab eo multas prætermiſſas depræhendi, ex varijs, ijſdémque eruditis rerum ſcriptoribus, eas priſtino ſuo corpori adieci. Audiamus itaque Decemuiros iura ſua loquentes: atque à iure perſonarum exordiamur. Nam primùm de perſonis diſceptãdum cenſet Caius de teſtamentis edilſerens: vtpote quarum cauſſa (vt ait Hermogenianus) ius omne conſtitutum ſit. Excipite igitur (ſtudioſi beneuoli) Decẽuirales leges ſcholiis noſtris illuſtratas.

ERVDITISSIMO VIRO RHENATO GARronio I.C. procuratoriq; Regio apud Marchiam Pardulphus Prateius S.



PRudentiſſimi, ac grauiſſimi rerum ſcriptoris Zenophontis ſuaſu concitus aientis turpe eſſe ſocordiâ ſeneſcere, & vitam ſilentio tranſmittere, non potui, non eius, quam didici, artis ſpecimen aliquod edere, καὶ γοῦν ἐπιτηδεύματα (vt cum ſummæ auctoritatis viro Platone loquar) ἐπιτηδεύειν. Et ſi, quod molior, factu difficile ſit, tamen Græcorum ſenarius calcar addit.

ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.

In hoc fortaſſe ſcribendi genere ſatis non facturum me puto ijs, qui ſyluoſiſſi-

ſiſſimos(ſi dijs placet) commentarios efflagitant,in quibus velut apud ſyreneos ſcopulos cõſeneſcunt:ſed (vt ait Theognis poëta vetuſtiſſimus.)

— οὐδὲ γὰρ ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντως ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

Quum itaque antiquius nihil mihi iam inde ab ineũte ætate fuerit,quàm iuris ciuilis,ac legum , quæ Reipubli. nerui ſunt, cognitionem ex fontibus ipſis haurire,leges Decemuirales oculis attentis perluſtrare cœpi.Porrò clariſſimorum eruditiſſimorúmque hominum iudicio conſtat XII. Tabularum leges iuris ciuilis fontes eſſe. Sed has ex Solonis,aliorúmque Græcorum legibus profluxiſſe Romanarum legum interpretes fideliſſimi ingenuè fatentur. Equidem Draconis, Solonis,Romuli,ac XII.Tabularum leges ſcholijs illuſtraui, quibus Hebræorum,Græcorum veterũ, Romanorum

norum, Gallorúmque ſanctiones cõciliaui, atque coniunxi ita, vt ſeſe mutuò explicare ipſæ videantur, perindéque ac ſi vna ex alia penderet. Frã. Balduinum Iuriſcõſultum clariſſimũ aliquot ex Romuleis, decémque viralibus explicuiſſe non me latet: at quẽadmodum libri Vlpiani ad Edictum ſcripti, Iulium Paulum ad idem libros ſcribentẽ non deterruerunt, aut Bartoli commentarij Baldum, Paulum Caſtrenſem, Decium, & A. Alciatũ: ita nec erudita F. Balduini ſcripta, ſensáve à ſymboli conferendi ſtudio me auocarunt. Tu interim boni conſulas, velim. Lugduni Idibus Ianuarijs 1559.

Ad eundem.

Atticias latijs placuit coniungere leges
His ſcholijs, quibus Gallica iura patent,
Participémq; velim præparui muneris, vt qui
Noſcere te doctè iura vetuſta ſciam.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.

DVO



DVODECIM TABVLARVM LEGES.

LEX PRIMA.

Filij ſub patris iure ſunto.

a l.1.de ſta. ho.ff.

b l.3.ff.de his qui ſunt ſui.

c titu. v.

d l.5.ff.eo.

e l.7.C.de pat.pot.

QVum hominum cauſſa ius omne conſtitutum ſit, vt ait Hermogenianus[a] *lib.* j. *iuris* ἐπιτομῶν, *de perſonarum primùm iure dicemus, atq; à patris in liberos poteſtate exordiemur.* Ius *itaque proprium ciuium* Romanorum *id eſſe* Caius[b] *lib.* j. Inſtit. *ſcribit, vt liberi, quos ex iuſtis nuptijs procrearent, in parentum, progenitorúmque eſſent poteſtate: quod & V*lpianus *in ſua* Epitome[c] *probat, cuius hæc verba ſunt:* In poteſtate ſunt liberi, parentum ex iuſto matrimonio nati. Non *ſolùm autem filij, quos procreauimus in poteſtate ſunt, ſed & ij, quos filij noſtri genuere, hoc eſt, nepotes idq; idem* Vlpianus[d] *ſcribit:* Imperatorum[e] *conſtitutionibus eiuſdem ſententia iuuatur.* Idē *quoque iuris eſſe in pronepotibus, atque cæteris*

ris

ris deinceps Vlpianus [f] *rectè putat.* Hanc *autem legem ex xij. Tab. legibus esse* Alexander *ab* Alexandro *commemorat lib. vj. cap.* 10. *Patriæ autem potestatis eam esse vim, & effectũ plurimis continetur rescriptis, vt non solùm reuerentiam, sed & vitæ subsidium parentibus præstare compelli filios posse* Diocletianus *&* Maximianus [g] *rescripserunt.* *Filiorum appellatione filias compræhendi liquet: idque* Vlpianus [h] *rectè ait,* *Est & alius patriæ potestatis effectus subsequenti lege expressus: audiamus* Decemuiros.

f d.l.5.

g l.5 C. de par. pot.

h l. 6. ff. de testa. tut.

II.

Neque filijs, quidquam in bonis, viuentibus patribus, esto.

E*Am fuisse parentum in filios potestatem, vt nihil in bonis, viuis patribus, haberent, idq́; lege xij. Tab. cautum ait* Alexander [a] *ab* Alexandro. *Adeò, vt quod in patris potestate agens filius habet, eius dominium ad patrem pertinere diuus* Antoninus [b] *rescripsit.* *Sed & si quid adquirit, confestim id ei, cuius in potestate*

a li. vj. c. x.

b l. 2. C. de pat. pot.

c l. placet. ff. de acqui. hære. *state est, adquiri Vlpianus* [c] *scribit, neque momento in filij persona subsistere ait. Seueriorē autem hanc potestatem repressērūt posteriores leges quæ filijs in potestate adquisita, collatáve, patribus iure potestatis adquiri vetuerunt: hoc quoque obseruandum iubent Theodosius* [d] *& Valentinianus. Sanè ex ijs rebus, quæ dominij adquisitionem effugiunt, vsumfructum patri offerri Iustinianus* [e] *cōstituit, adeò vt nec eas vendere, alienaréve filius possit, idq; Iustinianus* [f] *rescripsit. Permissu etiam patris atque constitutione habebant filijfamiliâs peculium, atque eius nomine prætoris edicto conueniri poterant patres: idq;* [g] *Vlpianus adnotát. Hanc autem legem, superiorémque non collegit F. Balduinus: tametsi constet eas ex xij. Tabul. legibus esse.*

d l.1. C. de bo. quæ lib.

e l.fi. C. eo.

f l. pe. C. eo.

g l. 45. ff. de peculio.

III.

Parentibus liberos ter vendendi ius, atque potestas esto.

HAnc decimamoctauam leg. xij. Tab. constituit *Balduinus, Romulea lege contentos*

tos asseuerans Decemuiros, *atque ita inexplicitam prætermisit.* Equidem *seueriorem in liberos potestatem* Romulea *lege præscriptam à* Decemuiris *restrictam, itaque ad ius vendẽdi reuocatam puto, legémque eò propendere mihi verisimile fit.* Quod *autem ait lex,* vendendi, *ob nimiam egestatem victus tantùm caussa accipiendum esse rescripto suo interpretatur* Constantinus [a] Imperator. *Extra hanc caussam, neque vendi, neque donari, neque pignori subijci filios debere diuorũ principum* [b] *constitutione manifestò liquet.* Vendẽdi *verbum ad omnem alienationem pertinet ex legis sententia.* [c]

a l.fi. C. de patr. qui fil. dist.

b l.j. C. eo.

c ar. l.29. ff. de statu li.

IIII.

Statu liberos vænundari posse.

MOdestinus [a] *in libris, quos ad leges xij.* Tab. *scripsit, his cautũ ait statu liberos venundari posse, id quod ita accipiendum existimat, ne conditionibus duris onerentur.* Pignori *quoque dari eos posse* Marcianus [b] *putat.* Statu *liberum definit* Iulius Paulus [c] *qui*

a l.25. ff. de statu lib.

b l. grege. §.1. ff. de pigno.

c l.1. ff. de sta. lib.

qui ſtatutã in tempus habet libertatem. Vlpianus [d] *in* Epitome. *Qui ſub conditione teſtamento liber eſſe iuſſus eſt is ſtatu liber appellatur.* Cæterùm *hanc legem decimamnonam ſcribit* Balduinus.

d tit.2.

V.

Liber eſſe iuſſus, ſi hæredi decem millia dederit, abeóque abalienetur, dando emptori pecuniam, ad libertatem peruenito.

HAnc ex xij. T*abularum legibus* Vlpianus[a] *noſter ſcribit:licet à* Balduino *prætermiſſa fuerit. Si itaque (inquit* Vlpianus*) ſtatu liber alienetur ab hærede,ab alióve ſuſcipiatur,libertatis conditionem ſecum trahit.* Sed et *ſi per hæredem factum eſſet, quo minùs ſtatu liber conditioni pareat, perinde ſit liber atque ſi conditio expleta fuiſſet.* Extraneo *quoque pecuniam dare iuſſus, & is, cui iuſſus eſt dare, aut nollet accipere, aut antequàm moriatur, perinde ſit liber atque ſi pecuniã dediſſet, quæ ſentẽtia vera eſt, & habet æquitatem: ad alios quoq;*

a in Inſti. titu.2.

quoque debitores pertinet, si modò pecuniam, speciémve debitam obsignauerit, & hoc iure vtimur. Sed & si non sit cui pecuniam det, ad libertatem eum nihilominus peruenire Pompo*nius* [b] *scribit. Sed & si conditionem non adiecerit hæres vendens statu liberum, eius tamen caussam immutabilem esse* Vlpianus [c] *scribit: atque eum luere posse.*

b l. 8. ff. de statu lib.

c l. 9. ff. eo.

VI.

Patritij cum plebeijs, coniugium ne contrahunto.

Plebeias vetātur patritij ducere vxores. Lege quoque Iulia *prohibētur Senatorū filij libertinas, eásve, quæ corpore quæstum fecerint, artémve ludicram exercuerint, apud* Iulium Paulum [a] *eius verba recitantem.* Hanc *in xvj. caput coniecit* Balduinus.

a l. lege Iulia. ff. de ritu nupt.

VII.

Si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto.

Integram hanc legem recitat Vlpianus *in* Epitome [a] *percensens cæteros manumitten-*

a tit. x.

dorum liberorum modos, nempe, emancipationem, mortem, damnationem, captiuitatem: quos & Iustinianus [b] *connumerat libro Institutionum priore.* Hoc quoque caput præterijt *Balduinus, quamuis de filio ter vænundabili edisseruerit. Quod aũt ait lex,* FILIVS, *ad cæteros liberos, præter filium tam masculos, quàm fœminas, qui vna emancipatione, manumissione, neq; sui iuris fiunt, nõ pertinere Vlpianus* [c] *ait.*

b quib.mo. ius pat. po.

c tit.x.

VIII.

In decem mensibus hominem gigni.

QVæsiisse peritissimos medicos, ac philosophos, πόσος ὁ τ τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος. A. *Gellius* [a] *scribit, receptúmque fuisse hominem gigni rarò septimo, nunquam octauo, sæpe nono, sæpenumerò decimo mense. Quod & Paulus noster lib.* Recept. *Sententia. iiij.* [b] *scribit. Quum autem ex his, quæ* ἐπὶ τὸ πλεῖστον *accidunt, iura constitui apud* Sext. *Pomponium* Theophrastus [c] *scripserit, optima ratione hominem in decem mensibus gigni*

a lib.3.c.16.

b tit. viij.

c l.3.ff.de legib.

dec

decreuit lex xij. Tab. idque vetustißimi poëtæ Menandri versu iuuatur:

γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος.

Sed & septimo mense perfectum partum nasci doctißimi viri Hippocratis *auctoritate ait Paulus*[d]. *Nam (vt idem*[e] *scribit lib. iiij. Recep. Senten.) ratio Pytagorei numeri (à Platone in Timæo expliciti) hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur. Decem autem menses, plenos, exactósque acipere debemus ex Pauli sententia: idq; probatur Plautina*[f] *Comœdia.*

Tum illa, quam compresserat,
Decimo post mense exacto, hic peperit filium.

Aliquantò tamen ocyus, aliquantóque seriùs partum nasci apud A.Gellium[g] *scribit* Hippocrates *lib. singulari de septimestri partu, aitq; mensem septimum perfectionis principium.*

d l. septimo mense. ff. de stat. ho.
e tit. viij.
f In Cistellaria.
g vbi supra.

I X.

Priuilegia, nisi centuriatis comitijs, ne irroganto.

a l. 1. ff. de legi. *QVum (definitore Papiniano[a]) lex sit cõmune prudentum consultum, non igitur*
b l. 8. ff. eo. *in singulas personas iura constitui Vlpianus[b] ait: vtili tamen ratione singulare ius introduci*
c ius singulare. ff. eo. *posse Paulus[c] noster lib. singularis iuris scribit: idque naturæ varietate, vt Cato censuit, quale videmus in* Regum Gallorum *diplomatis singulis personis concessis, quibus interijci solet huiusmodi formula,* nous pour ces causes nous mouuants. *Quæ meritò priuilegia appellata apud* Gellium[d], *ad exemplum*
d li. x. c. xx.
e l. j. ff. de const. ptin. *minimè pertinere* Domitius *Vlpianus[e] rectè existimauit: personalia enim sunt.* Nam quod *princeps ob merita indulsit, vel si quam pœnã irrogauit, vel cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur. Alia est caussa eorum, quæ*
f l. nõ solú. de in integ. rest. & l. 19. & 20. ff. de mino. *apud Vlpianum[f] sæpe relata sunt.*

X.

Qui sepem in cõfinio ponet, terminum ne excedito, qui murum, pedem derelinquito, qui domũ, pedes duos: qui sepulchrum foueámve, quantum id

id profundum erit: qui puteum, paſſum, qui oliuam, ficúmve, pedes nouem: qui denique alias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito. In cõtrouerſia de finibus, quinque pedum, præſcriptio nulla eſto.

Hanc à Solone latam Caius [a] *noſter lib. iiij. ad leg. xij. Tab. atque in xij. Tabul. translatam ſcribit: qua ſepem &c. poſituro, plantaturo, foſſuróque modum præſcribi putat. Quod ait lex,* In controuerſia de finibus, *Solonis legi adiectum à Decemuiris fuiſſe puto. Succeſsit lex Manilia, qua iter ad culturas quinque, aut ſex pedum præſtituitur: eiúſque vſuſcapio vetatur. Sed earum rerum vſucapionem eſſe vnam Imperatores* [b] *iubent apud Iulium Frõtinum, libro ſingulari de iure limitum. Quæ omnia ab Aggeno Vrbico ad Frontinum explicata comperies. Tu quoque in eam rem conſulas Alciatum ad ſuperiorem conſtitutionem.* [c]

a l. fi. ff. fin. reg.

b l. quinq; pedũ. C. fin. reg.

c d. l. quinque pedum.

XI.

Eius arboris, quæ in alienum agrũ impenderet, ramos quindecim pedes altiùs à terra ius esto vicino.

HVius capitis pernecessaria interpretatio à F. Balduino prætermissa est. Quod autem ait lex, id prætor effici voluit, vt rami xv. pedes altiùs circuncidantur. Prætoris verba hæc sunt apud Vlpianum[a]. Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impẽdet, si per te stat quo minus pedes xv. à terra eam altiùs coërceas: tunc quo minùs illi ita coërcere, lignáque sibi habere liceat, vim fieri veto. *De arbore in ædes alterius impendente lex non loquitur, sed in prætoris edicto*[b] *is casus continetur.* Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impẽdet: si per te stat, quò minùs eam adimas: tunc quò minùs eam illi arborem adimere, sibíque habere liceat vim fieri veto. I*dem quoque diuus Alexander*[c] *rescripsit.*

a l. j. ff. de arb. cæd.

b d. l. j.

c l. 1. C. de interdict.

XII.

Viæ

Viæ latitudo in porrectum, octo pedum esto: in anfractum, sedecim esto.

VIæ fines hac lege à Caio [a] nostro enucleata præscribi constat. Latius tamen angustiúsve pactionibus constitui Vlpianus [b] scribit: sed ita vt vehiculũ illuc agi posſit, idem adnotat. In itinere autem & actu diuersum ius esse Iauolenus [c] rectè scriptum reliquit. a l.8. de ser. rusti. præd. b l.23. ff. eo. c l.13. ff. eo.

XIII.

Ne quis vnciario fœnore amplius exerceto.

VSurarum modum præstituit hæc lex: at illum sæpiſsimè Romæ immutatum fuisse apud grauiſsimos rerum scriptores animaduerti. Fœnerari plus vncia lex vetat. Vnciariũ fœnus definit Tacitus, quod centesimo demum anno sortem æquat. G. verò Budæus interprætatur, quod singulos nummos è centenis quotannis efficit. Hoc autem Vsurarum genus legitimum & esse & adpellari puto, idq́; cõmixtis C. Scæuolæ [a] & Vlpiani [b] capitibus, ideóque a l. Titiũ. §. pfectus. de admi. tut. b l. tutor, qui reperto rium. ff. eo.

legitimum adpello, quòd lege xij. Tab. præscriptum sit. Vsurarum verò modum præscripserat Ludouicus *xij. Gallorum* Rex, ex Vigecusse *assem duntaxat vsurarum nomine exigi permittens, quod* Galli *dicunt*, vn sol pour liure. *Nostra verò tempestate vsurarum modus in arbitrio, voluntatéque auarorum situs est, vsqueadeò, vt quantum velint, fœnerantur, inuitis legibus & diuinis & humanis, neque in eos animaduertitur.*

XIIII.

Si populus vel eiusdem religionis cultores, vel orgiorum sacrificuli, vel nautæ, vel sodales, vel commune sepulchrum habẽtes, vel publicani, vel societatem coëmendorum pecorum, aut negotiationis, aut cuiuscũque alterius rei coëuntes paciscantur inter se ratũ esto, quatenus id publica monumenta non prohibeant.

a l.fi. ff. de col.illic.

QVum hanc legẽ ex Solonis legibus trãslatam Caius[a] *noster scripserit, contractius*

ctius à Balduino, quàm esset in xij. Tabulis scriptum puto, atque ideo è Græco mutuandam censeo, quod & Caius [b] *scripsisse visus est Solonis verba referens. Sed ita concessit lex his, quos recenset, pactionem, paciscendíque potestatem, vt ne quid aduersus monumenta publica fiat, vel monopolium exerceatur: quod vetuit Zeno* [c]*: cuius rei commenit Strabo.*

b vbi suprà.

c l.j. C. de monopol.

X V.

In contractibus ea præstantor, quæ lingua nuncupata sunt.

QVod ait lex ad emptiones pertinere constat ædilium Curulium edicto. Nam & hi, quod pronuntiatum est, præstandum iubent. Diuersum verò ius esse liquet, si quid laudandi, commendandíue gratia dictum sit: nam & id præstari non debet [b]*. Locationes quoq;, cōductiones, pignorationes, & permutationes hac lege compræhendi existimo, eas enim contractus nomine contineri Vlpianus* [c] *ait. In bonæ autem fidei contractibus iam non pronūtiata, præstanda respondit Paulus* [d]*, quod in stri*

a. l. 1. de ædili. edict. ff.

b l. sciendum. ff. eo.

c l. 1. de pac.

d l. quia tātundē. ff. de neg. gest.

strictis iudicijs à Francisco Balduino alioquin viro iurisperitissimo negatum scio. Sexti tamē e l. 3. ff. si cer. pet. *Pomponij* [e] *(cuius scripta vim legis optinent) de eiusmodi contractibus edisserentis sententiam veriorē puto, atq; in omnibus academijs receptam aio. Nam(inquit Pomponius) in contrahendo quod agitur, pro cauto habēdum est.* f l. quidqd. adstring. ff. de ver. obl. *Nec Celsi* [f] *responso subsistimus existimantis, palam non expressa omissa intelligi. Liberum enim fuit stipulatori latius concipere. Non autem caussa adstringendæ obligationis erat insita in promissore: neque id erat ex natura con tractus.*

XVI.

Venditæ & traditæ res non aliter emptori adquiruntor, quàm si is venditori pretium soluerit, vel alio modo satisfecerit.

Tametsi rerū dominia traditionibus quæri & responsum, & rescriptum sit sæpissimè, atque id à Iustiniano apud Theophilum a §. per traditioné. de rer. di. *secundo Institutionum* [a] *libro in hæc verba*

prob

probatum ſcio, εἰς δὲ τὸ διὰ τραδιτίονος μεταβῆναί με τῆς δεσποτείας, δεῖ ταῦτα συνδραμεῖν. quod tamen venditum, traditúmque fuit, non aliter emptori adquiri, quàm ſi pretium ſoluerit, vel fecerit ſatis: idemq; Vlpianus[b] *& pomponius aiunt. Satis autem emptori factum existimauit Pomponius, ſi fidem emptori habuerimus abſque ſatisfactione. Vendicare autem ante, quàm ſolutum vel ſatisfactũ ſit venditorem poſſe idem Vlpianus*[c] *putat.*

b l. procur. ff. de trib. actio. l. quod vendédi. ff. de con. em.

c d. l. procuratoris.

XVII.

Vſus, & auctoritas fundi bienniũ eſto: cæterarum rerũ vſus annus eſto.

BOno publico introductam eſſe vſuſcapionem Caius[a] *noſter ſcribit: ne dominia incerta eſſent: eßétque litium finis, vt ait Neratius*[b]*: quo in genere eo ordine eundũ eſſe Paulus*[c] *lib. 4. ad edictum ſcribit, vt videamus quis poßit vſucapere, quas res, & quanto tempore: quæ omnia ipſe explicuerat. Qui poßint vſucapere quáſque res, eiuſdem Pauli & aliorum Iuriſconſultorum ſcriptis oſtenditur libro 41.*

a l. j. ff. de vſuſcap.

b l. fi. ff. de vſuc. p ſuo.

c l. 4. ff. de vſucap.

τανδ

d toto tit. de vsuca. πανδέκτῶν.[d] Quanto autem tempore vsucapi posſit, tametſi à Paulo dictum fuerit ex profeſſo, id tamen à πανδέκτῶν architectis truncatum & prætermiſſum eſt. Quantùm temporis

e tit. 2. vſucapioni præſtitutum eſſet, idem Paulus[e] lib. v. ſententiarũ receptarũ ſcribit in hæc verba: Longi autem temporis præſcriptio inter præſentes continuo decennij ſpatio: inter abſentes vicennij cõpræhenditur, id quod trãſcripſiſſe, probaſſe, & declaraſſe mihi viſus eſt Iu-

f l. vnica. C. de vſuca. transfo. & l. fi. de præſcr. xxx. an. ſtinianus[f]. Protenſa igitur ſunt à lege xij. Tabularum præſtituta tempora. Extant in libro vij. Iuſtinianæi Codicis variæ in eam rem conſtitutiones: quibus lites finiri, diſceptariq; iuſſit idem Imperator. In eam tamen rem diligentiſſimis oculis perluſtres velim lib. iiij. Codi-

g tit. xij. & xiij. cis Theodoſiani[g]. De vſucapione quoq; ediſſerit Plato ſummæ prudentiæ & auctoritatis vir dialogo xij. περὶ νόμων.

XVIII.

Aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto.

Pere

PEregrinũ vſucapere poſſe vetat lex xij. Tabul.quod & lege cautum ſcribit plato [a] *in hæc verba è Græco à Ficino verſa.* Sin extra regionem,ſemper quandocunque inuenerit depræhendat. *Hoſtes in lege xij.Tabul.peregrinos putat adpellari* M.Cicero [b], *quod & legis ſententiâ iuuatur.Sed & proprio verborum ſignificatu*(*Sermonis enim proprietatem à iureconſultis ſpectari tradit* A.*Alciatus.*)*hoſtes,quibus bellũ indictum eſt lege xij.Tab.contineri rectè exiſtimatur.* Nam *nec hi vſu poſſe capere* Ponti*ficum decretis* [c] *oſtenditur: idque* Pauli [d] *noſtri reſponſo probatum ſcio.* Nam *à latronibus ereptum,& ad hoſtes peruentum,atque ab his redemptum vſu capi poſſe negant* Labeo & Trebatius [e].

a dialog.11. περὶ νόμων.
b 1.offic.
c ca.prima actione.16. q.2.
e l.28.ff.de cap.& poſtli.reuerſ.
d arg.l. pe. de cap.

XVIIII.

Rei furtiuæ æterna auctoritas eſto.

ATinia quoque lege idem vetari Paulus *noſter ſcribit* [a]. *Extat quoque in vtriuſque legis ſententiam diui* Antonini [b] *reſcriptũ eod*

a l.4.ff.de vſucap.
b l.1.C.de vſu.p emp.

eodem pertinens vindicandi præter ea potestatem concedentis. Diuersum autem cauit lex Atinia, si in potestatem eius, cui subrepta est, reuerteretur. In potestatem autem reuerti, quatenus accipiendũ sit, explicuit Iulius Paulus [c]*. Ideo autem legibus vetita fuit rei furtiuæ vsuscapio: quòd bona fide non poßideretur. Sed & si alius à fure bona fide emisset, nihilomagis eum vsurpare posse Iustinianus* [d] *scribit.*

c d.l.4.

d §.furtiuę. Insti.de vsu cap.

XX.

Tignum iniunctum ædibus, vineísve ne soluito: sed duplum, qui iunxit, dato.

PRudentißimè hoc ab lege cautum Vlpianus [a] *noster prætorianorum edictorum fidus interpres scribit: ne (inquit) ædificia diruantur, vinearúmve cultura turbetur. Illud quoque ab optimo Imperatore Hadriano constitutum Spartianus ait. Sed & cùm tigni adpellatione omnis materia, qua ædificium constat, contineatur, vt est apud Vlpianum in columun*

a l.1.de tig. iuncto.

lumnis idem iuris esse diuus Iulianus [b] *rescripsit.*

b l. 7. C. de ædif. priua.

XXI.

Glandem in alienum fundum decidentem colligere liberum esto.

LEgi huic vsqueadeò locum esse Prætor voluit, vt fructus qui in agrum alienum ceciderint, tertio quoque die collecturo vim fieri vetuerit apud Vlpianum [a]. Et quum lex xij. Tabul. legendi tempus non præscripsisset, tertio quoque die legendi ius esse ait Prætor. Quartus autem: quintus, pluresve dies edicto comprehensi non sunt, quibus collectionem vetare posse eum, cuius ager est, puto. Eius autem rei fortissimum est argumentum, quod tertio quoque die collectio concessa sit: cuius rei caussa alieni fundi ingressus, alioquin prohibitus, concessus intelligendus [b] est. Glandis appellatione fructus omnes contineri idem Vlpianus [c] adnotat: idq; Iauolenus & Caius [d] probant. Si autem glandem, immisso pecore depascam in factum in me agendi ius sibi esse Iulianus

a l. j. ff. de glan. leg.

b arg. l. 3. §. fi. de ser. rustici præd.
c d. l. 1.
d l qui venendi. §. fin. ff. de ver. sig.

e l. qui servandarũ ff. de præſ. ver. *noster* [e] *ſcribit.*

XXII.

Si in tuo alienum pecus paſcatur, de paſtu pecoris actio eſto.

Legibus, moribúſve quod à lege xij. Tabu. cautum eſt, obſeruari paßim videmus. Qui verò, in quóſve agẽdum ſit moribus apud diuerſas Galliæ Aquitanicæ, atque Belgicæ prouinciolas receptis, earúmque libris conſuetudinarijs edocemur ſub titulo, du dommage dés beſtes. *De paſtu quoque ex legis Aquiliæ ſententia agi poſſe diui principes* [a] *reſcripſerunt. id quod ad tertium legis Aquiliæ caput pertinet. Non tamen negant ijdem principes, quin ex verbis legis xij. Tabu. agi poßit.*

a l. fi. C. ad leg. Aquil.

XXIII.

Si quadrupes pauperiẽ fecerit, aduerſus eum, qui dominus erit quadrupedis, actio eſto.

Idem à Prætore edictum apud Vlpianum [a] *animaduerti. Hanc autẽ actionem ad omnes quad*

a l. 1. ff. ſi quad. paup.

quadrupedes pertinere idem ait. Sed & actionem vtilem si aliud animal pauperiem fecerit, competere Paulus [b] *noster scribit. De cane solo cauerat Solonis lex: eam ad cæteras quadrupedes porrexerunt Decemuiri, & Prætor, cuius edictalia capita desideramus. Actionem & de pastu, & de pauperie meritò connexuit Paulus* [c] *noster libro priore sententiarum receptarum: quòd vtrobique de damno dato ageretur. Pauli verba hæc sunt.* Si quadrupes pauperiem fecerit damnúmve dederit, quídve depasta sit, in dominum actio datur, vt aut damni æstimationem subeat, aut quadrupedem dedat, quod lege Solonia de cane cauetur. *Eas autem actiones non confudit Paulus noster, sed coniunxit ea, quam diximus, ratione: cui rei argumento fuit lex Iulia, quæ peculatū, residuis pecunias, & sacrilegium, tametsi distātia essent, complexa est, quòd ab eodem Prætore exercerentur, vt ex M. Cicerone animaduerti. Impudenter igitur, & ineptè repræhen-*

b l.fi.ff.eo.

c tit.xv.

sus est Paulus noster à nescio quo. Legendum autem, Solonia, non Pesulania, aut Pesolonia puto, idq; verius est, vt ex legibus Solonis liquet apud Plutarchum.

XXIIII.

Vti quis legaſsit ſuper pecunia, tuteláve ſuæ rei, ita ius eſtò.

a l. 1. C. de ſac. ſanc. ec. *Diuus Constantinus* [a] *rescripsit, nihil magis hominibus deberi, quàm vt supremæ voluntatis liber sit stylus.* Meritóque leges xij. *Tab. sequutus voluit eos liberam relinquendi, quod optauerint, potestatem habere. Nam & penes quos res suæ, earúmve tutela esset, iudicia eorũ rata esse voluerunt* Decemuiri. *Quod ait lex* tutela, *ad tutores testamẽto datos per-*

b tit. xj. *tinere in sua titulorum epitome* Vlpianus [b] *scribit. Sic enim ille ait, testamento quoque nominatim tutores dati, confirmantur eadem lege xij. Tab. his verbis: vti legassit super pecunia tuteláve rei suæ, ita ius esto.* Non *solũ itaque liberis, vt capite sequenti, sed & rebus suis custodiendis, testator tutorem dare potest.*

XXV

XXV.

Parentibus tutorum liberis in poteſtate dandorum teſtaméto, ius eſto.

QVemadmodum rebus ſuis, vt iam dicebamus, ita liberis ſuis quos in poteſtate habet, tutorem quis dare poteſt, eóſque lege xij. Tabularum confirmari ex Vlpiani[a] *ſententia conſtat. Hanc legem paſſim explicát Iureconſulti quorum ſcripta, ſed conciſiora iuſtò, in Pandectis Iuſtiniani*[b] *extant, Imperatorum quoque*[c] *conſtitutionibus declaratur. Quod autem ait lex ab eodem principe*[d] *lib. j. Inſtitutio probatum ſcio. Sed & codicillis teſtamento cõfirmatis tutores rectè dari*[e] *placuit.*

a d. tit. xj.

b to. tit. ff. de teſta. tu

c C. eo. titu per to.

d §. permſ. ſum. Inſt. de tute.

e l. 3. de teſta. tut. ff.

XXVI.

Quibus teſtamento tutor datus nõ eſt, tutores legitimi ſunto.

QVi ad ſucceſſionem legitimam admitti poſſunt ad eos legitimas tutelas delatas ait lex apud Vlpianũ[a]. *In eandẽ rẽ, et ſẽtẽtiã diuus Anaſtaſius*[b] *reſcripſit. Legitimos au-*

a l. 1. ff. de leg. tut.

b l. 4. C. eo.

tem tutores agnatos constitutos esse plurimis c l. 5. & to. ti C. eod. *rescriptis*[c] *ostenditur. Eos autem à nemine da-* d l. 5. ff. eo. *ri, sed lege effici Vlpianus*[d] *rectè adnotauit. Vetuit tamen Solonis lex eos tutores esse, ad quos pupillorum post eorum mortem hæreditas pertineret. Sed hæc pugnantia non sunt. Neque enim legitimis tutoribus, nisi cauerint rem pupilli saluam fore locus est, eóque, caussa* e d. l. v. *cognita, cogendos eos Vlpianus*[e] *scribit.*

XXVII.

Si furiosus est, agnatorum gentiliúmque in eo, pecuniáve eius, potestas esto.

a li. 3. Reth. ad Heren. L*Egis huius commeminit* M. Cicero[a] *atq; ita apud eum scriptum est.* Si furiosus existet, agnatorum gentiliúmque in eo, pecuniáque eius, potestas esto. *Quod ait lex etiam ad eos furiosos, qui legitimam ætatem impleuerint, pertinere diuus An-* b l. 1. C. de cur. fur. *toninus*[b] *rescripsit. Furiosi autem & res & personam consilio tueri oportere Caius*[c] *in* c l. 7. ff. eo. *lib.*

lib. ad leges xij. Tabu. scribit. Diui quoque Seueri oratione beneficium de pupillorum bonis sine decreto non alienandis ad furiosos porrigi diuus Gordianus[d] *rescripsit.* d l.1. C.co.

XXVIII.

Prodigo bonis interdictum esto: ísque in curatione agnatorum esto.

Moribus initio introductum fuisse Vlpianus[a] *scribit, vt prodigo bonis interdiceretur, ídque lege xij. Tabu. cautum ait: ídque à Prætoribus, & Præsidibus effici solere notat, eóque iure vtimur: in eam quoque rem diuus Antoninus*[b] *rescripsit. Patri quoque furioso filium tutorem (si probus sit) dandum apud Vlpianum*[c] *diuus Pius rescripsit. Prodigum definit idem Vlpianus, qui neque modum, neque finem expensarum facit.*

a l.1. ff. de cu. fur.

b l.1. C. eo.

c d. l. 1.

XXVIIII.

Si pupilli rem tutores furto subripuerint, in singulos insolidum in duplum actio esto.

CAput hoc in Balduini ad leg.xij. Tabul. commentarijs minimè extat. Hanc tamen legem commemorat Triphonius[a] noster lib.viij. Disputationum, rectè existimans, vt quamuis vnus duplum præstiterit, nihilominus etiam reliqui tenentur: idque argumento à similitudine petito confirmat. Nam (inquit) in alijs furibus eiusdem rei pluribus non est propterea cæteris pœnæ deprecatio, quòd ab vno iam exacta est: quod & Vlpianus[b] probat: atque ita placuisse veteribus, receptúmque fuisse Iulius Paulus[c] lib.ij. Sententiarum scribit.

a l. tres tutores. ff. de admi.tu.

b l. vulgaris. §. pen. de furt.

c titu. pen.

XXX.

Suspecti turoris iudicium esto.

TVtelarũ fraudatores turpi iudicio coërcendos M. Cicero in oratione pro Aulo Cecinna dicebat ex lege xij. Tabu. eiúsque rei caussa damnatos æstimationis summæ pœna plectendos idem pro Roscio scribit. Quod de dolosis accipiendum diui principes[a] rescripserunt: idq; Iustinianus[b] probat. Diuersum verò

a l. fin. C. de susp. tut.

b §. suspectus. inst. eo.

rò ius in negligentes ijdem principes constitue re. Sed & actione tutelæ damnatos infamia no tari Prætor apud Vlpianum ait[c]. *Qui autem suspecti postulari, postularéve poßint, expli- cant Iurisconsulti*[d], *quorum clarißima scripta extant in Pandectis Iustiniani.*

c l. 1. ff. de infam.

d de suspe. tu. ff. per to.

XXXI.

Vti quis legaßit rei suæ, ita ius esto.

H*Anc ex Solonis legibus (sed concisè, nisi nos fallant exemplaria) transtulerunt* Decemuiri. *Desideratur hoc in xij.* Tab. ὡς μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ. *Eo autem iure vtimur, vt in- ter cætera, quæ ad ordinanda testamenta ne- cessariò desiderantur, principale ius est de hæ- redibus instituendis, vel exhæredandis: idque Caius noster*[a] *scribit. Planè nouißimo iure constitutum scio liberos sine caussa exhære- dari non debere. Sed & hanc liberrimam, la- tißimámque legandi potestatem, vel legum in- terpretatione vel auctoritate iura constituen- tium coangustatam Modestinus*[b] *respondit* Quod ait, legaßit, de Falcidia lege accipiẽdũ

a l. 30. de li. & posth.

b l. verbis legis. ff. de verb. sig.

puto. Quanto enim amplius, quàm per legem Falcidiam licet, quis ex legato ceperit, reddere eum iubet lex[c].

c l. 1. §. interdũ. ff. ad leg. Falc.

XXXII.

Hæreditates testamento iure facto datæ, ratæ sunto.

HAnc quoque prætermisit Balduinus, sed eam ex xij. Tab. esse vnam Lælius Taurellus vir iurisperitissimus ad Gallum[a] scribit, quod & ante eum prænotauerant Caius[b] lib. vj. ad Edict. prouinciale & Vlpianus[c] lib. ij. ad legem Iuliã & Papiam. Iure factum dicimus cui iuris solennia adfuerunt: eius rei fortissimum est apud Papinianũ argumentũ, qui[d] non iure factum adpellat in quo iuris solennia defuerunt: quæ si defuerint, irritum esse testamentũ Papinianus scribit: atque intestatò successioni locum esse placuit veteribus, quod & alibi docuimus.

a l. Gallus. ff. de libe. & posth.
b l. 1. ff. de pe. hære.
c l. 130. de verb. signi.
d l. 1. ff. de iniust. test.

XXXIII.

Intestatorum hæreditates primò

suor

ſuorum hæredum, velint, nolint, ſunto: & in locum filiorum nepotes ex ijs ſuccedunto.

H*Anc legem & prætores, & diui principes ita ſequuti ſunt, vt ab eius cautione, præſcriptóve minimè deſciſcant: diui principes reſcripſerũt in eam rem quorum reſcripta extant in Iuſtinianeo Codice*[a]*. Hac autem lege non minus fœminis, quàm maribus proſpectum ait Iuſtinianus*[b]*. Decẽuirale ſcitum doctiſſimè, atque veriſſimè explicat Vlpianus*[c] *in ſcriptorum ſuorum epitome. Hanc quoque explicat Iulius Paulus*[d] *lib. iiij. ſententiarum.* Ext*ant quoque in eam varij commẽtarij, permulta ad eam ſcripſerant Iureconſulti, quæ (licet concisè) in Pandectis*[e] *Iuſtiniani extant.*

a tit. de legi. hęre. per totum.
b l. 14. C. e.
c tit. 26.
d ti. 8.
e to. tit. de legi. hær.

XXXIIII.

His deficientibus, agnatus proximus familiam habeto.

H*Anc quoque legem explicuit idem Vlpianus*[a]*: tunc autem agnatum proximum*

a l. 2. de ſuis & legit.

mum ad hæreditatem, si nec sui neque consanguinei sint, vocari scribit. Agnatos autem & cognatos dissidere passim tractatum scio, sed quicquid esset discriminis noua Iustiniani constitutio[b] *abrogauit: quo loco intestatorum hæreditates quibus deferendæ sint, ostendit: quo in genere passim inter iuris ciuilis interpretes & pergamaticos variatum est.*

b de hære. ab intesta. col.ix.

XXXV.

Inteſtato liberto mortuo, primum ſui ſuccedunto, ſi hi non fuerint, patronus.

Liberti intestati filij patronum submouet: idq; Vlpianus hunc locum interpretatus[a] *ait in* Epitome: *qui si non extent, patronum vocat lex, quod & Iulianus*[b] *adnotauit. Græca verò Iustiniani*[c] *constitutione patroni cum liberis liberti admittuntur, si liberti maiores sint centenarijs: alioquin legi xij. Tabul. locum fore idem scribit. Si autem patronus sit, & alterius patroni filius, ad solum patronum hæreditatem pertinere Vlpianus*[d] *ait: idq; placuisse*

a tit.xxvij.
b l. 17. de bo.lib.ff.
c §.sed nostra.de suc. liber.
d d. tit. 27.

cuisse receptúmque esse Paulus lib. 4. Sentent. scribit.

XXXVI.

Patronorum filij eadem iura in bonis libertorum, quæ & ipse patronus habento.

CAput hoc transcripsimus ex Vlpiani[a] *Epitome. Quum autem eandem personam patris, & filij intelligendam diuus Iustinianus*[b] *esse dixerit, optimo iure scitum est, patronorum filios in bonis liberti, eadem, quæ pater, iura habere debere.*

a tit. 29.

b l. fin. C. de imp. & al.

XXXVII.

Filiæ fœminæ ius in bonis liberti patris perinde, ac masculi, habento.

DVbitationem mouet capitum ordo, filiæ cum masculis, aut post hos, vocētur. Sed cum masculis eas admitti magis est: eóque legē propendere mihi fit verisimilius. Planè in fidelitate (feudum vocant) diuersum est. Sed & si patroni filia in adoptiua familia sit, ad bona

liber

libertorum patronorum admitti eam Terentius[a] *rectè putat.*

a l.19.de bonis lib.ff.

XXXVIII.

Libertorum inteſtatorum hæreditates patronæ ſunto.

a d.ti.29.

b de ſucceſ. liber.

HAnc xij. Tabula eſſe & Vlpianus[a] & Alexander ab Alexandro lib.vj. Genialium dierum, capite 10. ſcriptum reliquerunt: ídque explicant. Huic autem legi quatenus locus ſit poſt legem Papiam Iuſtinianus[b] oſtendit lib.iij. Inſtitutionum. Proxima autem tria ſuperiora legis xij. Tabul. capita prætermiſit Balduinus.

XXXVIIII.

Si pluribus hæreditas iure delata ſit, atque hi à communione diſcedere volent, familiæ erciſcundæ iudicio inter eos res hæreditariæ diuiduntor.

a l.1 ff.fam. herciſ.

FAmiliæ erciſcundæ actionem neceſſariò inſtitutam Caius[a] noſter ſcribit. Quod autem

autem ait lex, iure delata, *siue ex testamento, siue intestato, siue ex lege xij. Tabula. siue alia, aut Senatusconsulto, aut constitutione accipiendum* Vlpianus[b] *ait. Quid in hoc iudicio veniat, idem*[c] *tradit. Cæterùm bonæ fidei iudicijs hoc iudicium connumerari diui principes*[d] *rescripsere: idq; rebus & præstationibus constare* Vlpianus[e] *scribit. Ad seruitutem, viæ, actus & itineris lex non pertinet. Nam ea per legem nostram non diuidi* Paulus[f] *ait.*

b l.1.ff.eo.
c l.4.ff.eo.
d l.9.C.eo.
e l.33.ff.eo.
f l.26.§.an ea.ff.eo.

XL.

Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito.

HVius *commeminit* Alexander ab Alexādro *libr.6.genial.dierum capit.*10.*cuius duo sunt capita. Priori quidem corpora in vrbe condi vetantur: idq; receptum ait* Paulus[a] *libro j. Sententiarum, rationem subijciens, ne (inquit) ciuitatis sacra funestētur: néve (vt diui* Imperatores[b] *constituerunt) sanctū municipiorum ius polluatur: qui contrà fecerit, extra ordinem coërcendum eum* Paulus[c] *scribit: pœnamq;*

a tit.finali.
b l.mortuorū.C.de rel.
c vbi suprà.

d l.3.de sep. vio. *námque 40. aureorum esse* Vlpianus [d] *ait. Altero legis capite, corpora in vrbe vri vetantur: idque ob ignis periculum, incendiíve timorem cautum rectè fuisse* M. Cicero [e] *scribit.* e li.2. de legib. *Defunctorum enim corpora vri solebant, idq́; apud clarissimos rerum scriptores, elegantissimósque poëtas Vergilium* [f] *& Terentium* [g] *constat.* f Aenei. 6. g And. Ac. 1. sce. 1.

XLI.

Rogum bustúmve nouum propius sexaginta pedes ne adijcito ædes alienas, inuito domino.

HAnc ex Solonis legibus translatam constat: *idq́;* M. Cicero [a] *ait. Verebantur enim nomothetæ ignem acerbũ. Quod ait lex,* inuito domino, *meritò adiectum est: si id enim, eo volente factum esset, agendi ob id potestas negaretur.* Nulla in Pandectis Iustiniani *vestigia rei huius extare puto.* Nam quod *ait* [b] Pomponius, *inuito domino, mortuum inferri non posse propius ædificium alienum, quã sit legitimus modus, ad illud legis xij. Tab.* caput

a li.2. de legib.

b l.3. de mor. inf.

put pertinet,quo ſepulchri ſpatium præſcripſcre Decemuiri;quod & ſignificantiſsime videtur illic expreßiſſe Pomponius: nam de rogo, buſtóve nec vllum quidem verbum: de ſepulchro autem ediſſerit.

XLII.

Sumptuoſa funera ne facito:rogũ aſcia ne polito.

TRanſtulere quoque hanc ex Solonianis legem, vt ex eodem Cicerone[a] liquet, quam interpretatur,idem & Plutarchus in Solone ſumptuoſa & lamentabilia funera vetante.Nam nec amplius,quàm ſufficiat ad ſpeciem modicam monumenti,concedi debere Marcellus[b] ait. Sumptuoſa quoque funera & parentationes ſuperbas ſuſtuliſſe viſus eſt Plato[c] ſummæ vir prudẽtiæ et auctoritatis,Sed vtrũque caput legis huius in deſuetudinem abijt.Rogi ligna aſcia dolari, poliri vetant leges. Erat autem aſcia,quæ Græcis ἀξίνη dicitur, dolandi inſtrumentum,cuius formam Lugduni in antiquiſsimis lapidibus vidimus,ſub qua dicabant

a li.2.de legib.

b l.1.ad leg. Falc.ff.

c dialo.12. περὶ νόμων.

veteres Lugdunenses Dijs Manibus: qualem vidimus ad ædem D. Magdalenæ sacram ad Suburbium D. M. ET QVIETI AETERNAE EVTYCHIANI FILI, DVLCISSIMI, PIENTISSIMI, PRVDENTISSIMI, REVERENDISSIMIQVE, QVI VIXIT ANNIS XVII. M. I. D. IIII. ROMANVS PATER PONENDVM CVRAVIT, ET SVB ASCIA DEDICAVIT.

XLIII.

Mulieres genas ne radunto: néve lessum funeris ergô habento.

PRimum legis caput ex Solone depromptū in nostris ad eum Commentarijs edocuimus. Vetat autem lex vtraque τὰς ἀμυχὰς, *hoc est lacerationes. Nam in funeribus radebant genas suas mulieres vsqueadeò vt cruentatæ essent, quale ab Anna Didus sorore factum expreßit Vergilius*[a] *his verbis.*

a lib. 4. Aeneid.

Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Colapsam respiciunt comites, ensémq; cruore
Spumātem, sparsáq; manus, it clamor ad alta

Atria

Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt: resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quã si immissis ruat hostibus omnis
Chartago, aut antiqua Tyros, flãmæq; furẽtes
Culmina pérque hominum voluantur, pérque Deorum.
Audijt exanimis, trepidoq; exterrita cursu,
Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis
Per medios ruit, & moriẽtem nomine clamat.

Lessum quoque, & eiulationem, & ineptas vlulationes prohibent Solon & Decemuiri.

XLIIII.

Homini mortuo ossa ne legito, quò pòst funus faciat.

Marcus Cicero [a] *Solonianarum & Decemuiralium legum fidus interpres hoc ea ratione scitum ait, ne funus augeretur. Humo etiam condita corpora alio transferri sine Augustis affatibus nemo transferat: ídque diui Valentinianus, Theodosius* [b], *& Ar-*

[a] li. 2. de legib.

[b] l. 14 C. de religios.

cadius constituere: quo loco non humanum, sed humatum legendum puto ex lib. j. Senten Re-
c titu.21. *cept. Iulij Pauli* [c].

XLV.

Qui coronam parit, ipse pecuniáve eius virtutis ergô arguitor: ipsi mortuo parentibúsque eius, dum intus positus esset, forísve ferretur sine fraude imposita esto.

Certaminum victores corona et præmijs donari solitos fuisse constat: varijs quo-
a li. v. ca. 6. *que coronis milites donabãtur A. Gellio teste* [a]. *Qui igitur coronã parit, populo ostẽdi eũ debere virtutis gratiâ iubet lex: sed & ei mortuo imponi, parentibúsve eius præscripsit lex: qui mos etiamnum inualuit, vt ducis copiarum insignia imponantur feretro. Sic & doctoris Iuris Ciuilis corpori mortuo, dum ad sepulchrũ fertur, circumponuntur libri, vt sæpissime Lugduni vidimus.*

XLVI.

Herum bustúmve ne vsucapito.

Sep

Sepulcri vestibulum, bustúmve vetantur vsucapi, quod & Solonem vetuisse superius ostendimus. Nam cùm sepulcra religiosa sint, vt Marcianus[a] *ait, idcóque vsucapi non* a l.6. ff de rer.diuis. *posse constat: nam religiosa vsucapi nō possunt: idq́; Iustiniani interpres Theophilus*[b] *ait lib.ij.* b §.sed aliqñ. de vsuc. *Institutionum.* Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν τὸν βονᾶ φίδει νεμόμενον δύνασθαι οὐσουκαπιτεύειν, ἔστιν εὑρεῖν θέματα ἃ μὴ περιποιεῖ ἡμῖν οὐσουκαπίονα, οἷον ἐάν τις νέμηται ἐλεύθερον πρόσωπον, ἢ σάκρον, ἢ ῥελιγιόσον.

XLVII.

Inter hæredes pro portionibus hæreditarijs obligationes ipso iure diuisæ sunt.

Obligationes hac lege diuisas esse cōstat, cuius rei caussa idem paßim, & responsum[a] *& rescriptū*[b] *scio. Nomina etiam in iudi-* a l.26.ff.fa. hercis. *cium familiæ erciscundæ non venire Vlpia-* b l.ea quæ. C.eo. *nus*[c] *scribit, nisi nomen vni ex hæredibus lega-* c l.4.ff.eo. *tum esset. Cæterum caussæ, quibus huic legi locus non est,* πανδέκτῶν *Iustiniani lectoribus obuiæ fient, quæ permultæ sunt: quarum ali-*

d l. 4. de verb. ob. *quot explicat Cato apud Paulum*[d] *libro ij. ad Sabinum.*

XLVIII.

Patronus si fraudem fecerit sacer esto: illi silentium indicitor: totáque vita honore, magistratúque indignus esto.

Hanc ex xij. Tabul. legibus esse Alexander ab Alexandro libr. vj. Genial. Dier. cap. x. scribit: ideò grauißimè in patronum qui in fraudē fidē labefactasset, animaduerti iubet lex: cuius sententia etiā ad aduocatos caussarúm

a dialo. xj. περὶ νό. sub fi. *que patronos porrigi potest, vt apud Platonē*[a] *legimus. Sed quod ad patronos clientésque adtinet Romulea lege cautum fuisse D. Halycarnassæus*[b] *scribit. Sic ait lex.*

b lib. 2.

Plebeij, quem sibi ex patritijs volent, deligunto.

Si quis patronorum igitur ciuilem illam coniunctionē, labefactata fide violasset, sacer esse iubebatur. Sacrum dicebant eum more Græcorum, quem populus iudicasset: neque fas erat

cum

eum molere. Quo factum fuit, hincq; dici sacri cœpti sunt, qui improbi, flagitiosiq; essent, sicut ea in re locupletißimus testis est Horatius[c] *poëta elegantißimus:* c li.j. Epist.

intestabilis, sacérque esto.

Sacer item κάθαρμα *Græcis dicitur Aristophani*[d]. d in Pluto.

Π. γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον, ὦ καθάρματε,
ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ᾽ εἰλημμένω.

Scelus ipsum pro scelesto & sacro Hebræorũ more accipit. Sacrum, scelestum, & piaculo dignißimum hominẽ accipere debemus. Sacros (inquit Budæus*) vocauit antiquitas, execrandos, & detestandos homines. Tu vide Macrobium in Saturnalibus.*

XLVIIII.

Si quis lege agendo plus petierit, caussa cadito.

L*Egis huius fidum habes interpretem* Iulium Paulum[a] *lib.j.* Receptarum Senten. *existimantẽ eum plus petere, qui plus loco, summa, tempore, & qualitate petit. Caussa cade-* a tit.x.

b §. plus. de de actio. *re definit Iustinianus*[b] *libr.* 4. *Institutionum, rem amittere.* Huic *legi locum esse iubere visa*
c l. 1. C. de plus peti. *est eiusdem principis*[c] *constitutio, si liti praebuit plus petens exordium.* Sed *hoc sine distin*
d d. §. plus. & seq. *ctione receptum non fuisse idem*[d] *scribit: huius autem loci verum interpretamentum adtulit*
e d. §. plus. Preceptor Corasius[e] *in commentariis actionum non minus vtilibus, quàm necessariis.*

L.

Si quis in ius vocatur, si morbus æuitásque vitium esset, qui in ius vocabit iumẽtum dato: si nolit, arceram ne sternito.

H*Anc legem & commemorat & explicat* Sex. *Cæcilius* Iurecos. *apud Gel-*
a li. xx. c. 1. *lium*[a] *cuius verba huc non transcribo.* Huius *autem legis τὸ παράδειγμα perlustres in actis*
b cap. 23. *Apostolorum*[b]: *quo loco Præses iubet iumentum Apostolo præbendum. Siquis autem ob valetudinem, aut æuitatem gradius senium sistere non posset, exceptione adiuuandum eum aduersus eam edicti partem, qua Prætor iubet*

IN

IN IVS VOCATI, VT EANT, *Vlpianus* [c] *scribit*. Hoc *tamen iure vtimur: vt si quis in ius vocatus ob valetudinem non ierit: excusatorem ablegare debet, isq; nihilominus in edictum incidet, salua (vt loquutur* Pragmatici) exonia *& defensione, cui rei fidem eum facturum iudex dicto, præstitutóque die, edicet: sistenti postea circunducetur edictum, quod Galli adpellant,* rabatre le defaut. c l. 2. ff. si quis caut.

L I.

Si iudex, vel alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, dies iudicij diffisus esto.

V*Lpianus* [a] *legis xij. Tab. fidus interpres exceptione ex multis caussis adiuuandũ vocatũ scribit*. Meritò *igitur* P*aulus* [b] *notat in morbo sontico impeditum iudicati actionem denegandam*. Morbo *quoque sontico, inuitis litigatoribus, ac iudice, diem differri* Marcel*lus* [c] *ait*. P*ræmonitos autem velim iudices, ne quid, indicto die, statuant, aut ante, quàm reum in ius vocauerint: idq; clarissimus apud Græ-*

a d. l. 2.

b l. si prætor. ff. de iudic.

c l. 60. ff. de re iudic.

d περὶ τῆ στεφα.

cos orator Demosthenes [d] scribit οὐκ ἐῶν ἄνευ τῆ προσκαλέσασθαι δήπου τοῖς λοκροῖς δίκην ἀπὸ τῆ πόλεως συντελέσασθαι: idque multis peruulgatísque iuris articulis contineri scio, vsqueadeò, vt cùm ex edicto perēptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit absentis condemnatio fit nullius momenti esse sententiam [e] Macer rectè putat.

e l. j. ff. quæ sen. sine ap.

L I I.

Si status sit dies, cū hoste venito.

Condicto die cum aduersario veniēdum, sistendúmve iubet lex: quod & pòst Prætor edixit IN IUS VOCATI VT EANT. nisi exceptiones sint, vt ait Cincius apud Gellium [a], quas illic recenset. Connumerat & aliquot excusationum caussas Iurecoss. lib. ij. πάνδεκτῶν Iustiniani [b].

a li. 16. c. 4.

b l. 1. 2. & 3. ff. in ius vo. si quis caut.

L I I I.

Assiduo vindex assiduus esto. proletario ciui quiuis volet, vindex esto.

VOcato locupleti fideiussorem locupletẽ dari lex iubet, inopi quemuis. Vindicem adpello eum ex Gellij [a] & Pædiani sententia, quem litis prædem & sponsorem vocat. Hanc autem legem interpretatur Vlpianus [b] in hæc verba, Fideiussor iudicio sistendi caussa locuples iubetur dari non tantùm ex facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate. Iure apud Gallos moribus recepto huiusmodi fideiussorũ sistendi caussa datio in desuetudinẽ abijt, quibus domicilij delectum suffectum videas apud forum, quo in genere his verbis constituit Frãciscus Valesius [c] Galliarum Rex optimus eruditorum mecœnas, Reiq; publi. studiosissimus, anno salutis 1539. apud Andes. Nous ordonnons que tous plaidans & litigans seront tenuz au iour de la primiere cõparition en persone, ou par procureur souffisamment fondé declarer ou élire leur domicile au lieu ou les procés seront pendans: autrement, & à faute de ce auoir deuëment fait, ne seront

a li.16.c.9.

b l.2. qui satisd.cog.

c Ordõ. de l'abbre. des procés. artic.23.

recce

receuables, & serõt deboutez de leurs demandes, defenses, ou oppositions, respectiuement. *Hanc autem domicilij electionem praeconstituerat diuus Iustinianus* [d].

d l. 12. C. de praescr. lon. temp.

LIIII.

Superstitibus praesentibus vindiciae sumuntor ab ijs inter quos controuersia est.

Vindicandam esse possessionem, & testibus (quos superstites vocauere antiquissimi) praesentibus, litigatorum alteri, vel delecto probo viro tradendam, pendente proprietatis iudicio lex iubet, cuius rei possessionem, vicariam custodiam adpellat Papinianus [a] *in hanc rem cõsulendus. Quae à Decemuiris Vindiciae dictae sunt,* Galli *vocant* recreance. *Vindiciae autem, cœpto iudicio peti non debẽt supremae* Lutetianae Curiae *decreto, & moribus, vt non minus doctè, quàm verè adnotat rerum forensiũ peritißimus* Imbertus *libro priore* Forens. *Institutionum.*

a l. 5. ff. vt leg. no. ca.

LV.

L V.

Vindiciæ ſecundum libertatem dantor.

GRauiſsimus rerum Romanarum ſcriptor Liuius[a]*, & Sex. Pomponius noſter lib.priore Enchiridij*[b] *legem hanc ſole lucidiorem effecere, vt Budæus ſcriptum reliquit de Virginia in libertatis poſſeſsionem vindicata propinquis ſpondentibus loquens. Vindicias etiam ſecundum libertatem dixiſſe fertur Brutus apud Budæum*[c]*. Ordinata itaque liberali cauſſa liberi interea loco habendum eum, qui de ſtatu ſuo litigat Paulus*[d] *ſcribit: idémque diui principes*[e] *reſcripſerunt, quos in eam rem conſulas: nam licet eorum ſcriptis verbis perſonæ tantùm ſint compræhenſæ, res tamen cæteræ ſententiâ continentur, à ſimilitudine petito argumento.*

a lib. 3. ab vrb. con.
b l. 2. de origi. iur. ff.
c ad d. l. 2.
d l. ordinata. de liber. cau.
e l. lite. C. e.

L VI.

Ante meridiem cauſſam conijcito, quam perorant ambo præſentes, poſt meridiem litem, ſi ambo ſint

præſentes, addicito.

HAnc legem à F. Balduino omiſſam ex xij. Tab. eſſe ſcribit Alexander ab Alexandro lib. vj. Genialium dierum: qua litis cognoſcendæ, finiendæq; tempora præſtituere Decemuiri. Pedaneos autem iudices à ſummo ſtatim diluculo in veſpertinum creſpuſculum ſedere iubet nouiſſima Iuſtiniani conſtitutio[a]*. Legis autem ſententiâ iudicia producenda in multa tempora non ſunt, ſed die vno abſoluenda iubet expreſſim. Sed hæc in deſuetudinem abijt pragmaticorum induſtriâ. Nocte autem intempeſta, nec ius nec ſententiam dici debere conſtat: eius rei fortiſſimum eſt argumentum, quòd hæc interdiu efficiunda iubent leges, quibus reclamauit, aduerſatúſque fuit nequiſſimus, ac imperitiſſimus quidã diebus ſtatis indicta cauſſa, capitis innocuos viros damnans.*

[a] conſt. 82.

L V I I.

Ex duabus pluribúſve ſententijs, aut decretis, quoties res ancipiti contentione diſtrahitur, ſemper antiquo

nouum

nouum abrogato, quódve postremū iusserit populus, id ratum esto.

Decretum posterius ideo potius esse placuit, quod, vt scribit Euripides in tragœdia: Hippolitus Coronatus.

-καὶ βροτοῖς.

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.

Cuius sententiam ita vertit M. Cicero[a], *posteriores cogitationes sapientiores esse solent. Quod de sententijs, decretísve lex ait, ad leges, constitutionésque pertinere Modestinus*[b] *ait*, Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν. *Nouissima quoque pacta seruanda esse constituunt Imperatores*[c]. *Testamentum etiam posterius ratum, potiúsque esse iubent iura ciuilia, moréśque: & hoc iure vtimur. Hanc legem ex* xij. *Tabul. vnam esse ait idem Alexander.*

a Philip. xij.

b l.4. de cō sti. prin.

c l.11. C. de pactis.

LVIII.

Sol occasus suprema tēpestas esto.

Qvando nox incipiat, præscribunt Decemuiri, quorum legi optimè conuenit,

quod

quod in definitionibus tradit Plato, *Occasus, (inquit) diei finis.* Nox, *tenebræ diei contrariæ, solis priuatio, quo tempore omnia silent.* Noctis *descriptionem sæpißimè apud vergilium comperies.* Tu *videas caput, more* Romano. de *ferijs libr. ij. πανδεκτῶν.* & Gellium *lib. 3. cap. 2.*

LVIIII.

Cœtus nocturni ne fiant.

CONuentus, *congregationes, agemataq; noctu fieri prohibet lex: ídque meritò, nam, vt ait* Menander.

Τὴν νύκτα τῶν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.

Qui itaque noctu manum fecerit, hoc est, milites conuocauerit, prædatus fuerit, arbores fructiferas ciciderit, aliúdve admiserit in eum a ti.21.& 22 *animaduertendum esse* Paulus[a] *scribit lib. v.* Sententiarum. *Flagitia exaggerat nox apud* b l. fin. ff. de effract. *eundem*[b]. Decemuirali legi & Pauli *sententiæ plerisque in vrbibus locum non esse noui, atque vidi.* Nam & *inuitis magistratuum decretis, nocturni cœtus armatorũ fiunt: quibus colludunt, combibunt, compilant etiam mißi à*

Præsi

Præfectis vigilum exploratores.

L X.

Aeris confeſſi, rebúſque iure iudicatis xxx. dies iuſti ſunto: poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito. ni iudicatum facit, aut qui pſeudo eo in iure vim dicit, ſecum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus xv. pōdo, nec minore: aut, ſi volet, maiore vincito, ſi volet ſuo viuito: ni ſuo viuit, qui eum vinctum habet libras farris in dies dato: ſi volet, plus dato. Tertiis nūdinis parteis ſecāto, ſi plus, minúſve ſecuerunt, ſine fraude eſto.

SExt. *Cæcilius* Iuriſcos. *apud* A. *Gellium* [a] *legem hanc fideliſſimè interpretatur: ideóque corporis addictionem partitionémque cōceſſam fuiſſe ait: ne debitorū perfidia ſine graui pœna fidem, legémque eluderet: adſeuerátque hoc legem duntaxat comminatam, vt fidē liberarent confeſſi, & rei iudicatæ auctorita-*

a li. 10. c. 1.

ti parerent damnati. Qui vinctum suo nomine habet in vinculis publicis alere eum lex iubet, præscripta alimentorum quantitate: quo iure vtimur. Sed alimenta pro regionis more præstari debent. Rerum iudicatarum dies xxx. præstituerat lex. Diui Antonini[b] *rescriptum de faciendis rebus iudicatis intra tempus legitimum, secundū legis huius præscriptum accipiendum puto. Multo tamen pōst tempore tempus id à Iustiniano*[c] *porrectum animaduerti. Damnatis enim quadrimestre tempus dedit. Gallorum tamen moribus x. tantum dies dantur: idq́; Pauli*[d] *nostri sententia iuuatur. Sunt qui menses duos à diuo Pio*[e] *datos aiunt. Sed, vt ait Aristophanes in Pluto,*

b l.j. de vsu. rei iudic.

c l.3. C. eod.

d l. promissor. §.j. ff. de consti pec.

e l debitoribus. ff. de re iudi.

οὐκ οἶδ' ὅπως ὀχνησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει:

Nam pignoribus captis vendendis, non rebus iudicatis faciendis menses duos præstituit idē princeps, vt eius verbis manifestò liquet.

L X I.

De capite ciuis, nisi centuriatis comitijs, ne roganto.

Caius

CAius Gracchus hanc, lege alia lata, interpretatus est apud M. Ciceronem in Oratione pro Rabirio perduelliõis reo, is enim vetuit ne de capite ciuis Romani, iniussu Quiritum, iudicaretur. Criminum quoque pœnas centuriatis comitijs reliquisse idem Cicero in libris de repub. testis est locupletißimus. Huc videtur pertinere quod Apostolus[a] dicebat se ciuem Romanum, ideóque indicta caussa non cædendum. δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους ῥωμαίους ὑπάρχοντας. a Act.c.16.

LXII.

Qui hostem concitauerit, quíve hosti ciuẽ tradiderit, capite punitor.

HOc legis caput cõmemorat ijsdem ferè λέξεσι Marcianus.[a] Quãuis aũt legis huius verba ad hominẽ duntaxat pertineant, res tamẽ eius sententia compræhendi Paulo[b], & Scæuolæ[c] optima ratione placuit. Cæterum capitis pœnam accipere debemus vltimum supplicium. quod & Iustinianus lib. iiij. Institutionũ, sub titulo de public. iudicijs probat, cuius sen-

a l. 3. ad le. Iul. maiest.
b l. coré. de public. ff.
c l. 4. ad le. Iul. maiest.

tentiam, verbáque ita expreßit fidus eius interpres Theophilus τούτου τιμωρία, ψυχῆς ἀπώλειαν ἔχει. *Quo iure vtuntur Galli iudices, quoties in eiusmodi delicto deprahensos, ob idque conuictos animaduertunt.* Diui quoque Marci *constitutione hoc crimen post nocentiũ*

d l.fi. C.eo. *mortem inchoari posse* Martianus [d] *lib. singulari* περὶ ἀδικημάτων δημοσίων *scribit: vsqueadeò vt cõuicti mortui memoria eius dãnetur.*

XLIII.

Perduellionis crimẽ capite punito.

S*Vnt, qui putent caput hoc superiore exprimi atque contineri, sed falsò.* Nam (*definitore* V*lpiano* [a]) *perduellionis reus est, qui hostili animo, aduersus* Rempubli. *vel principem animatus est.* Perduelles *enim apud veteres eiusmodi flagitiosos dici solitos* Caius [b] *lib.j. ad leg. xij.* T*ab. rectè putat.* E*os igitur vltimo supplicio plectendos iubet lex.* T*ametsi verò is, qui ciuem hosti tradiderit, hostémve concitauerit alio legis capite coërceatur, aliam tamen perduellionis speciem esse constat.* P*eritorum hoc*

a l.fi. ff. ad leg. Iul. ma.

b l. quos nos. ff. de verb. sign.

hoc iudicio relinquo. Sed diuersa esse crimina verius putarem. Variæ enim sunt læsæ maiestatis causæ idque ex Vlpiani [c] *sententia constat.* c d.l.fi.

LXIIII.

Sanatibus idem iuris esto, quod fortibus.

Legis huius interpretamentum ex verborum significatione pendet. Sanates dictos putat Festus [a] *eos, qui, quum à* Po. Ro. *defecissent, rediere in amicitiam quibus idem iuris, quod fortibus & constantibus concessit lex: id quod ab hæresi sese reuocantes iterum in fidelium consortium cooptandos concedi rogat Iustinianus* [b]. *Idem quoque significantissimè expressit* Patris *summi verbum, veritas ipsa, salutis humanæ instaurator* IESVS CHRISTVS *apud* Euangelisten Lucam [c]: *imò maius gaudium esse ait super vno peccatore resipiscente, quàm super nonaginta nouem iustis. Innuit ergo peccatorem sanatum cæli regno potiturum.*

a lib.17.

b l. inter claras. C de sum. trin.

c Lu.16.

LXV.

Qui falſum teſtimonium dixerit, è ſaxo Tarpeio deijcitor.

GRauiſsimè ita in falſos teſtes animaduerti voluit lex Decemuiralis, vt pœna acerba à flagitio deterreret. Tametſi verò damnari quem non debere Modeſtinus[a] *ait, vt de ſaxo præcipitetur, teſtes tamen falſos competenter plectendos Paulus*[b] *receptum ait. In eos quoque pro delicti qualitate animaduertendum iubet Zeno*[c]*. In eam autem rem reſcripta, reſponsáve ita interpretatus eſt vſus, vt falſi teſtes ſuſpendio vitam finiant, eorúmque ſpiritus fune capitali præcludantur. Præſcripta aũt pœna in eos qui falſa dixiſſent ſtatuta fuit apud Græcos: idq́; ex Ariſtophanico Pluto conijcitur, vel facilimè: illic enim ita ſcriptum eſt.*

a l.25. de pœ.ff.

b l. qui falſa.ff.de teſt.

c l.nullum. C.eo.

Ἀναβὰς γὰρ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κᾆτα λιπών.
Ἄπειμ' ἵν' ὤσθειν ἐκτραχηλισθῇ πεσών.

LXVI.

Iudex arbitérve iure datus, qui ob rem

rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est, capite punitor.

PEcunia corruptum iudicem grauißima pœna coërcuit antiquitas. Qui pretio deprauatus iudicauerit, & infamiæ nota & litis dispendio coërcendum eum diuus Constantinus[a] *rescripsit. Nam capitis adpellatio & infamiã & mortem cõtinet: idque pro qualitate admißi. Nam si pecunia corruptus innocẽtem damnauerit, vltimo plectendum eum supplicio placuisse Vlpianus*[b] *scribit. Septimus apud Lampridium in Alex. refert Alexandrum, viso iudice fure, choleram euomuisse. At si vita ei frui his temporibus contingeret, exclamaret ô numina, ô Iupiter! tot* ἀργυρογνώμονας *videret.*

a l.fin.C.de pœ.iud. qui ma.iu.

b l.lex Iulia. §.fin.ad le.Iul.rep.

LXVII.

Si quis actitauerit, siue carmen cõdiderit: quod infamiã, flagitiúmque alteri precetur, capite punitor.

QVi carmen famosum conscripserit[a], *legibus intestabilis esse iubetur. Sed &*

a l.is cui.ff. de testam.l. ob carmen. ff. de testib.

eum capite plectendum præcipit hæc lex. Eum quoque qui quouis loco eiusmodi chartulas inuenerit, & non corruperit, vel vsserit, sed manifestauerit, capitali sententiæ quasi delicti au-
b l. 1. C. de fa. lib. *ctorem subiugandum* Imperatores [b] *decreuerunt.*

LXVIII.

Qui malum carmen incantarit, frugésve excantarit, coërcetor.

F*Rugum ob malum carmen incantatores coërceri lex iubet.* T*ametsi verò eius verba ad res cæteras minimè pertineant, eas tamen sententiâ (vt interim hominem in hac cõpræhensum subiiceam) contineri argumento sunt plurima in eam rem & responsa & rescri-*
a l. 7. de extraordi. cri. *pta.* C*oërcendos quoque eos* V*lpianus* [a] *putat, qui* σκοπελίζουσι. N*ullis verò criminationibus implicanda remedia humanis quæsita agrestibus locis innocenter adhibita diuus* C*onstan-*
b l. 4. C. de malef. *tinus* [b] *rescripsit.*

LXVIIII.

Alienam frugem ne pellicito.

Alex

ALexander ab Alexandro lib. vj. cap. 10. Geni. die. scribit hanc legem ex Decem uiralibus vnam esse, qua vetitum ait, ne quis fruges alienas pelliciat subdoláve arte adtrahat. Pœnam non adiecit lex, sed tanquam maleficum plectendum eum meritò putarem, si incantamentis id fecisse conuictus sit.

L X X.

Qui iniuria ceciderit alienas arbores, in singulas æris xxv. luito.

SI arbores cæsæ dicantur, ex hac lege, & ex lege Aquilia damni iniuriæ dandam actionem Labeo [a] apud Vlpianum putat, sed ita vt quod ex prima actione consecutus est actor, iudex deducat. Damnãdum autem reum xxv. æris in singulas arbores iubent Decemuiri: lege verò Aquilia quanti ea res erit, idq; Vlpianus [b] refert. In faciunda autem æstimatione, arborum pretiũ deduci oportere, & eius, quod superest, fieri æstimationem Paulus [c] noster scribit.

a l. 1. arbo. fur. cæs.

b l. 77. ff. ad leg. Aquil.

c l. 7. ff. arbo. furt. cæs.

L X X I.

Frugem aratro quæſitam furtim noctu ſi pauerit, ſecuerítve pubes ſuſpenſus Cereri necator, impubes verberator, noxiámque duplionem præſtato.

DRaconis exeplo in eos qui fruges pauerint, ſecuerint, & interceperint grauiſsimè animaduertũt Deceuiri. *Ille enim ita ſanxerat* τὸς λάχανα κλέψαντες, ἢ ὀπώραν, ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ ἀνδροφόνοις. *Iure moribus apud aliquot Gallorum prouincias recepto flagris cæduntur fures eiuſmodi.* N*am & ſi quis oliuas, vnáſve inmaturas intercepe*

a l.27.ff.ad l.Aquil. *rit: furti obſtringi eum* V*lpianus*[a] *ſcribit cuius ſententia ad olera, legumina, cæteráque id ge-*

b li.2.ti.32. *nus porrigi liquet.* Sed *& id ex* P*auli*[b] *ſententijs adijciamus, ſiue ſegetes per furtum, ſiue quælibet arbores cæſæ ſint, in duplum eius rei nomine conuenitur.*

LXXII.

Fur manifeſto furto præhenſus ſi aut cùm furtum faceret, nox eſſet, aut

interd

interdiu cũ tello cum pręhenderetur, defenderet, impunè occiditor: ex cæteris manifestis furibus liberi verberantor, & ei cui luci factum erit furtũ, si se tello non defendit addicuntor: serui verberibus adfecti, de saxo præcipitantur.

HOc caput commemorat, atque explicat A. Gellius [a] varios in eam rem nomothetas, multiplicémque pœnam recensens. Noua verò Iustiniani [b] constitutione non vltimo supplicio damnantur fures, sed flagris cædi iubentur. Legi autẽ xij. Tab. ita locum fore Caius [c] scribit, si id clamore testificatum sit. Nocturnum quoque agrorum populatorẽ necare permittunt Imperatores [d]. Si quis verò principis pecuniam furtim interceperit lege Iulia peculatus coërcendum, atque ita deportandum Vlpianus scribit. Sed IESV CHRISTI opt. max. peruigilio 1555 à Lugdunensis prouinciæ Præside duo, qui pecuniam Principis nostri christianißimi Henrici II. furto subripuerant,

a li. xj. c. 18.
b cõst. 134.
c l. 4. ad le. Aquil. ff.
d l. 1. C. qñ li. si se vind.

rant, ea pœna damnati sunt vt eorum membris comminutis, fractóque gutture, ad coruos exportari singulis rotis alligatos iusserunt iudices: idq; optimo iure. Nam & illud à Federico[e] *Imp. constitutum scio, vt si quis quinque solidos, aut plus fuerit furatus, laqueo suspendatur, si minus, scopis & forcipe excorietur et tundatur.*

e §. si quis quinque. de pa. ten.

LXXIII.

Furta per lancem, liciúmque concepta sicut manifesta vindicantor.

H*Vius etiam legis commeminit Gellius*[a] *quam tamen inexplicitam reliquit. Eiusmodi autem furta esse putat Balduinus, quæ religionis obtentu impostores quidam licio succincti, & lancem ad colligendas stipes circunferentes committebant. Hæc ille. Sed Alexandri*[b] *ab Alexandro verior mihi visa est sententio existimantis ea esse furta per lancem liciúmque, quòd fures qui in alienas intrabant ædes plerunque licium ferebant, quo furta adligarent, & lancem præ oculis, ne innotescerēt:* Huius

a vbi supra.

b ge. di. lib. 6. cap. 10.

Huius interpretamentum verisimile mihi fit. Nã & liciũ, fila sunt, quibus in telis textrices implicantur. Vergilius[c],

Septima post decimam felix & ponere vites,
Et prȩhensos domitare boues, & licia telæ
Addere.

c li.j.Geor.

LXXIIII.

De furto pacisci licitum esto.

FVrti *actionem pactione tolli, permissum Vlpianus*[a] *scribit: quod & Iulius Paulus*[b] *probat. Nam & de omni capitali crimine (excepto adulterio) paciscẽdi ius esse rescriptum*[c] *est. At si capitaliter furti actum esset, pacisci non licere recte existimauit F. Curtius*[d]. *Ius enim publicum priuatorum pactis tolli non posse Papinianus*[e] *respondisse fertur. Rei quoque pub. interest, ne crimina impunita sint.*

a l.7. ff. de pact.
b l. si tibi x. §. quædã. ff. eo.
c l. trãsige-re. C. de trãs actiõn.
d d. l. transi gere.
e l. ius publicũ. ff. de pact.

LXXV.

Si membrum rupit meum, è pacto tallio esto.

SEueriorem *Solonis legem hac sua tallionis adiectione repreßisse Decemuiros puto: ille*

ille ſiquidem oculum euellenti ambos oculos iuſſerat erui. Decemuiralis *autem legis alium non quæram interpretem præter* Sex. Cæci-
a li.20.c.1. *lium* Iurecos. *apud* Gellium [a] *cuius verba huc tranſcribere vaniſsimi eſſet operis.* Talionis *autem pœna in deſuetudinem abijt:idq́; legislator æternus, ſummi patris verbum* IESVS CHRISTVS *præſcripſit apud* Euangelio-
b Mat.v. *graphum* [b].

LXXVI.

Si iniuriam alteri faxit, xxv. æris pœnæ ſunto.

HAnc *legem ex* Solonianis *tranſlatam cõſtat.* Hoc *autem capite iniuriæ æſtimationem præſcripſerunt decemuiri: quorum fidum habes interpretem* Sext. Cæcilium *apud*
a vbi ſuprà. Gellium [a]. Eo *autem iure nos vti docuit quotidianus forẽſis vſus, vt duplex irrogetur mulcta nempe honoraria, & pecuniaria.* Ex *cauſſa tamen & perſona de iniuria extra ordinem ſtatui ſolere*
b l. 45. ff. de iniur. Hermogenianus [b] *ſcribit, atque criminaliter vindicatur iniuria.* Sunt *& aliæ xij.*

Tabu.

Tabu. leges quæ vulgo non extant, qualis est illa, Quæstorum, qui rebus capitalibus præfecti sunt, Pomponio[c] *teste locupletissimo: cuius quidem legis verba eum non retulisse miror. Sed nec Balduinus sagacissimus antiquitatis assertor eius commeminit. Ea autem lege ita scitum fuisse conijcio.* [c] l.2. de origine iur. ff.

QVAESTORES PARRICIDII CREANTOR, *Vel sic,*

QVAESTORES PARRICIDIVM VINDICANTO.

Parricidium vocabant antiqui, omnem omnino hominum cædem à pari cædendo ducentes verbum illud. Extat & aliud xij. Tabul. fragmentum apud Gellium[d] *in hæc verba.* [d] li.20. c.9.

SI QVI IN IVRE MANVM CONSERVNT.

Reliquum huius fragmentum nec apud Gellium, nec apud Budæum huius fragmenti interpretes reperi. Equidem hæc, aut similia verba desyderari adfirmare ausim,

IN REM NE VOCANTOR.

Huius rei fortissimo sunt argumento à contrario

rio sensu verba Gellij.Nam (inquit) de qua re disceptabatur in iure præsenti, siue ager, siue quid aliud est cũ aduersario simul manu prænderet, in ea re omnibus verbis vindicare, id est, vindicia correptio manus in re, atque loco præsenti apud prætorem ex xij. Tabulis fiebat: in quibus ita scriptum est. Si qui in iure manum conserunt. *Sed postquàm prætores, propagatis Italiæ finibus, datis iurisdictiõibus, negotij occupati pacisci vindiciarum dicendarum caussa longinquas res grauabantur, institutum est contra xij. Tabulas tacito sensu, vt litigantes non ex iure apud Prætorem manum consererent, sed ex iure manu consertum vocarent, id est, alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua agebatur, vocaret. Atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam in ius in vrbem ad Prætorem deferrent: & in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent.* Hactenus Gellius. *Qui enim rem vindicat, eam demonstrare debere Paulus* [e] *scribit.* Ad officium *quoque iudicis pertinere Vlpiaus* [f] *noster ait,*

e l.si in rē. ff. de rei vindic.
f l.8. ff. fin. reg.

Vt

Vt res oculis subijciatur. Eo etiamnũ iure pragmaticos vti docet Ioannes Imbertus in rebus forensibus exercitatissimus[g]. *Vocatus enim in ius ante iudicium acceptum petit rem controuersam oculis suis subijci, & digito indicari & dici, hic est: id quod vocant* faire veuë de lieu, & montrer au doigt, & à l'œil. *Quando verò in rem præsentem eundum sit, docet vsus.* Tu intereà M. Ciceronis Orationem, *quæ pro* Murena *inscripta est. perlustrabis.* Reperi *aliud xij. Tabul. fragmentum apud* M. Fabium[h] *in hæc verba,* NI ITA PAGVNT. *Hæc verba eò pertinent: vt ostendant pacisci de re quauis legibus, moribúsve non contraria liberum esse.* In *eandem sententiam* Vlpianus[i] *scribit.* In *omnibus, quæ non ad læsionem publicam, sed ad rem familiarem pertinent, pacisci licet. Simili ferè pacti exceptione vsos fuisse iurisconsultos passim legi in hæc verba,* NISI HOC ACTVM EST[k]. *Sed generaliorem fuisse regulam decemuiralem puto.* Pago *autem verbum antiquissimi iuris esse constat, ex* Fabio, *& auctore* Rheto-

g lib. j. Insti. forens.

h orat. Insti. li. j. c. 10.

i l. iurisgẽtiũ. §. si paciscar. ff. de pact.

k l. 22. ff. e.

ricorum ad Hærennium, qui legem antiquam recitat, REM VBI PAGVNT, ORATIONE PAGVNT. Pactum à pactione duci Vlpianus[l] ait. Est autem (inquit) pactio, duorum, pluriúmve in idem placitum, consensus. Labeo apud Iulium Paulum[m] ait conuenire posse vel re, vel per epistolam, vel per nũtium inter absentes quoque posse, sed etiam tacito consensu conuenire intelligitur. Re conuenire puto in specie apud eundem Paulum[n] relata, cuius hæc verba sunt. Si tibi decem dem, & paciscar vt mihi xx. debeantur, non nascitur obligatio vltra decem. Re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est. Re igitur conuenit, qui rem dans paciscitur sibi reddi. Huic rei argumento sunt obligationes, quæ re apud Caium[o], & Iustinianum[p] contrahuntur cuius generis sunt mutuum, commodatum, depositum, pignus. Accursius reprehendens ineptissimè & imperitissimè Iurisconsultum Paulum in pactorum diuisione ita explicat: Re, id est, sine verbis, vt in reddita cautione, & alijs tacitis. Accursij ψευδώνυμα

l l.1.ff.eod.

m l.2.ff.eo.

n l.17.ff.eo.

o l.1. ff. de obli.& act.

p Inst. qui. mod. re cõtrah.

probant quidam interpretum. In *specie etiam apud Paulũ relata expressus erat consensus, et* paciscar(*inquit*) vt mihi xx. debeantur. *Taciti autem pacti exemplũ subijcit Paulus*[q]. *Sed etiam (inquit) tacito consensu &c. subnectit & aliud Modestinus*[r]. *Sed non est pacti re contracti tractatio inutilis, nec ἀκριβολόγως expressa. Qua de re fusiùs edisseremus duce Deo optimo maximo rerum omnium auctore.* q d. l. 2. & l. 4. r l. 3. ff. eod.

Pacta, ait Prætor[s] cõuenta, quæ neq; dolo malo, neq; aduersus leges plebiscita, Senatuscõsulta, edicta principũ, neq; quo cui eorum fiat, facta erunt, seruabo. *Diuersum ius esse eorum quæ contra leges, constitutiones, bonósve mores fiũt, diuus Antoninus*[t] *rescripsit. Neque edicti prætoriani, neque rescripti Antonini verba ad ius moribus receptum, consuetudinémve pertinent, eius tamen sententiã hanc compræhendi non ineptè existimo. Nam (vt ait Iulianus*[v]) *quæ populus tacito consensu probauit, tenebunt omnes. Sed Iuliani sententia ab Im-* s l. 7. ff. de pact. t l. 6. C. eo. v l. 32. ff. de legib.

x l.1.C.quæ sit lon. cõs. *peratore* [x] *Alexandro probata est iubente consuetudinem seruari.* Quod de legibus com- y c.fi.extra de consuet. *probata,longæuáq; accipiunt Pontifices* [y], & (*vt ipsi loquuntur*) *si sit consuetudo rationabilis,et legitimè præscripta. Quoties igitur pactum à iure communi remotum est, seruari,* z d.l.7.§.& gñaliter. *id non oportere Vlpianus* [z] *ait. Sed nec iusiurandum seruandum.Sed & si stipulatio de ijs pró quibus pacisci non licet, intercesserit, seruandam non esse, sed rescindendam idem ait.* Pactum itaque *legibus moribúsve coniunctũ esse oportere ex superioribus liquet. Si quis igitur vsuras supra modum legibus moribúsve constitutum sibi dari pactus, stipulatúsve sit,nullam de superfluo actionem habere diuus* a l.26. C.de vsuris. *Iustinianus* [a] *constituit.* Decessionem *tamen illam à principe impetrandam aliquando censui ex facto consultus.*Eo *enim iure vtimur,vt solus princeps restituat in integrum:cuius rei* b li.4.Methodo. *nos admonet vsus & 10. Drosæus* [b]: *argumento huius fuit decretalis A*lexandri I I I. Ponti- c 1.de in integ.rest. *ficis epistola* [c]. *Neque subsistimus* Imperato- d l.2.C.cõ. vtriusq; iu. *ris* [d] *rescripto ad Euphratam, quo diuisio ab*

eo,

eo,cui diuidendi ius non fuit,facta consensu, pactóve confirmatur. Res enim & tempore longo,& consensu quæsita erat. Sed nec dubitationem diuorum principum constitutio [e] *mouet:* e l.19.C.locati. *illic enim remittebantur pensiones contra regionis,in qua locatum erat,consuetudinem. Atqui faciliores debemus esse ad liberationem:idque Paulus* [f] *lib.xiiij.ad Plautiũ scribit. At de* f l.47.ff.de obli.& act. *pacto fœnoris legibus exosi controuertebatur in specie cuius caussa consultus fui:atque ita huiusmodi pactio iure improbatur. Pomponius libro vij. ex Plautio refert ex Labeonis posterioribus* [g] *aliud ex xij. Tabulis fragmentum* g l. Labeo. de statu lib. *in hæc verba,* SI AQVA PLVVIA NOCET. *Equidẽ hæc aut similia verba desyderari existimo,* AVORTENDAE ACTIO ESTO. *Hinc aquæ pluuiæ actionem natam scio. In hanc quoque rem apud Vlpianum* [h] *edixisse visus est Prætor his verbis,* SI CVI AQVA PLVVIA DAMNVM DABIT, ACTIONE AQVAE PLVVIAE AVERTETVR AQVA. *Aquam pluuiam definit Vlpianus* [i] *eam, quæ de cælo* h l.1.de aq. & aq.plu. i d.l.j.

cadit atque imbre excrescit. Eam quoque definit Marcus Cicero in Topicis. Verbũ Nocet, k l. Labeo. ff. de stat. li. *accipi debere ait Vlpianus* [k] *, hoc est, nocere poterit, Existimátque huic actioni locum esse, damno nondum facto, opere tamen iam facto. De aquæ pluuiæ actione, & arcẽdæ iure edisserit Plato dialogo nono de legibus. Eius rei tractatus tribus capitibus constat.* 1. *Aquæ pluuiæ actio, eiusq; finis.* 2. *Cui, & in quem detur.* 3. *Eius vsus locusq;. Horum capitum articulos explicui libro priore Mercurij Dicæosophi titulo de aqua, & aquæ pluuiæ actione. Quem titulum tractatúmve in Pandectis ita inscribendũ puto. De aquæ pluuiæ actione: & aquæ ductu. Illic enim de aquæ pluuiæ actione & aquæ ductu edisseritur.*

LXXVII.

Quæ trinoctio abfuerit, vsucapitor.

HAnc ex duodecim Tabularum legibus adseuerat esse Q. M. Scæuola apud A.

Gel

Gellium libr.iij. Noctium Atticarum capit.ij. eandem explicans atque de ea muliere, quæ apud virum matrimonij caussa esse cœpisset, intelligens. Sanè si de sponsa, nuptáve intellexerit Mutius, ridiculum, atque iuri diuino, æquitatiq́; dissentaneum interpretamentū adtulit. Nam etiam aduersus socerum de vxore exhibenda interdicto agit maritus apud Venuleium[a]. *Nec eam vsucapi tempore longissimo posse diuorum principum*[b] *sententiâ cōpræhensum scio. Tu aduersus hunc Quinti Mutij sensum diuina pontificiáque*[c] *decreta perlustres: nam & Christianismo reclamat. Hæc autem lex de pecude errante, ac pro derelicta habita moribus accipi potest: quale est in prouincijs, quæ iure moribus recepto regun tur, vt in libris consuetudinum adparet sub titulo* des espaues. *De quo Bartholomæus Cassanæus eruditissimè ac fusissimè edisserit. Equidem (si modò sinat* Deus *opti. max.) quæ desyderantur legum Solonianarum, atque decemuiralium capita, conquiram, neque laboribus, aut studio parcam. Scio alia harum legū*

a l.2.de lib. exhib.ff.
b l fin.C.in quib. cauf. cessat.
c c.1.de spō sa duo.

capita paßim παραφραστικῶς extare apud probatißimos rerum ſcriptores, vt apud M. Ciceronem: ait enim libro iij. Officiorum. Dolum malum vindicabant Leges xij. Tabularum. huius legis verba non extant. Dolum accipere debemus, ſiue fiat in iudicijs, ſiue extra iudicium. Dolum malum definit Gallus Aquilius apud M. Ciceronem libr. iij. Officiorum, cùm aliud eſt ſimulatum, aliud actum. Labeo[d] *apud Vlpianum ita definit, vt ſit omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circunueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Galli definitionem probat Paulus*[c] *libro* j. *Senten. Qua de re fuſiùs illic diſſeruimus.*

d l. 1. de do. mal. ff.

c tit. vij.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.

DE



DE HAERED. AB INTEST. VENIENTI.

Pardulphi Prateij in Constitutionem Nouel.118.Paratitlon.

CAPITA.

1 *Intestatorum hæreditas quorum sit.*
2 *Legitimæ tutelæ quibus delatæ.*

Capitis primi articuli.

1 *Liberi.* 2 *Parentes.* 3 *Cognati.*

ARTICVLVS I.

Liberis patris intestati hæreditatem primùm obuenire, eósque parentibus potiores esse Iustinianus [a] *rescripsit: atque ita* Papinianus [b] a cõsti.118. b l.14.ff.de inoff. testa.
respõdit. Nam(*vt ait* Apostolus Roma.*ca.*8.) εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι: *id quod de suis dũtaxat accipiendum erat ex lege xij. Tabularum.* Hac *tamen constitutione etiam emancipa*

ti cum suis vocantur sublato patriæ potestatis, & emancipationis discrimine: quod & ad te-
c cõsti.107. *stamentariam succeßionem pertinet* [c]. *Fœminæ cum maribus cùm hac constitutione, tum* Solonis *(vt interpretatur* Demosthenes ὑπὲρ ἁγνίου κλήρου) *legibus vocantur. quò etiam per-*
d l. maximú. de lib. præte. C. *tinet alia* Iustiniani *constitutio* [d].

ARTICVLVS II.

Intestato sinéque liberis vita functo filio parentes succedére, atque ideo cognatis potio-
e d. cõs. 118. *res pia constitutione* [e] *expressum est.* Nam *(vt*
f l. 15. de inoffi. test. *ait* Papinianus [f]*) non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet. Sed & ad intestati filij hæreditatem, patrem cum fratre vocat nostra constitutio.*

ARTICVLVS III.

Si neque suus, neque suis connumerati, neque parentes fuerint ad hæreditatem vocat cõstitutio fratres, & sorores ex lege xij. Tabula*rum, quod &* Terentianus Parmeno *ostendit in* Hecyra:

Intereà in Imbro *moritur cognatus senex*

Horum

Horum: ea ad nos lege redibat hæreditas.

Secundo agnatorum ordine vocat fratres, altero tantùm parente coniunctos. Fratrum *quoque filios (quod & legibus* Solonis *cautum scio) vnà cum patruis admittit, atque auunculis. Deficientibus fratrum filijs, reliquos deinceps cognatos secundum gradus prærogatiuã vocat cõstitutio nostra proximioresque præfert citra vllum sexus discrimen.* Nam *(vt ait* I*ulius* P*aulus libr.iiij. Sententiarum receptarum) lex xij.Tab.cognatos sine sexus discretione admisit: quod & Imperatori nostro placuit. Qui sint cognati, quique ab agnatis distet explicat* P*aulus cum libro singulari de gradibus* [g]*, tum lib.iiij.Sententiarum titulo viij. Si quis fusiorem hæreditatum, quæ ab intestato deferuntur, tractatum efflagitet* Mathesilanũ *&* M.M*opham Gribaldum de eis latè edifferentes consulat, de legitima, seu ab intestato successione.* g l.10. ff.de grad.

Capitis secundi articuli.

1 *Ad legitimas tutelas, quos vocet lex.*

2 Quos

2 *Quos item arceat.*

ARTICVLVS I.

Tutelas legitimas eo, quo intestatorum hæreditates, iure censeri decreuit Imperator[h], *vt quo gradu ordinéve hæreditates legitimæ obueniũt, eo et tutelas delatas citra vllũ agnationis cognatiõisq; discrimẽ deferri expressũ est.* Ait lex xij. Tab. *Quibus testamẽto tutor datus nõ est, agnati tutores legitimi sunto. Quòd si plures eiusdem gradus sint, omnibus tutelam deferri ait constitutio. Sed vnum ex his deligi oportere constitutum est. Quum verò titulos, quibus prænotantur tractatibus congruere debere rescriptum, responsúmve sit, atque hoc constitutionis capite de legitima tutela edisseratur in vulgari æditione hæc verba desiderantur,* DE LEGITIMIS TVTORIBVS. *id quod fusiùs libro* j. *Antichresis disputaui.*

h §. enimverò hac cõstitu.

ARTICVLVS II.

Tutelas legitimas his quos lex tutores esse vetat, non deferri constituit Iustinianus. *Prohib*

hibitionis autem caussæ sunt ætas, sexus, capitísq; minutio. Minor XXV. *annis tutor esse prohibetur. Nam non nisi perfectæ ætatis agnatos lex* [i] *facit tutores. Sed & cùm tutela virile sit officium, vt ait Caius* [k]*, mulieres igitur tutrices effici non debere Vlpianus*[l] *ait. Aliam tamen matris & auiæ caussam esse Imperator ait: sed hoc ita si nuptias secundas, &* S.C. *Velleiani beneficiũ abiurauerint. Tutelam definit Seruius apud Paulũ*[m] *his verbis. Tutela est vis, ac potestas in capite libero ad tuẽdum eum qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit iure ciuili data, ac permissa. Vis autem tutoris quatenus accipi debeat, videamus. Accursius vim & potestatem violentam, potestatem adpellat. Raphaël Comensis fructuosam potestatem vocat. Cantiũcula vrgens quiddam, ac ætatis imbecillioris præsidium. Stephanus Forcatulus in Necyomantia auctoritatem efficacem. Equidem vim tutoris ius illud esse res pupillares gerendi cõcessum tutoribus verius existimo ex Græca Theophili* [n] *definitione,*

Ἐπιτροπή ἐστιν δίκαιόν τι, καὶ ἐξουσία κατ᾽

ἐλευ

[i] l. si reliquero. de legi tut. ff.
[k] l. tutelas. de tutel.
[l] i. j. de leg. tuto.
[m] l. 1. ff. d tutel.
[n] §. j. Insti. eod.

ἐλευθέρας κεφαλῆς δίδυμον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν. &c. Significat autem δίκαιον *ius & officium apud clarißimos rerum ſcriptores, quibus connumeratur Phalaris. Ius igitur, non vis, in definitione Seruij legendum cenſeo Tutorum duas tantùm ſpecies conſtituit Caius lib. j. Inſtitutionum, cuius ſententia xij. Tabularum legibus probatur. Sed hæc hactenus: fuſiorem enim tractatum efflagitant.*

Eiuſdem in titulum Mandati, vel contrà, lib. xvij. Digeſtorum, Paratitlon.

CAPITA.

1 *Mãdati contrahẽdi modi.* 2 *Cui & in quẽ detur actio.* 3 *Cauſſa & tempus.* 4 *Quid in ea veniat.* 5 *Qui exequi debeat mandatum.*

Capitis primi articuli.

1 *Tacitus conſenſus.* 2 *Expreſſus.*
3 *Gratia.* 4 *Conditio, diéſque.*

Art

Articulus primus.

Si paßus sim aliquem pro me fideiubere, mandati teneri me Vlpianus [a] *ait.* Nam *qui tacet, consentire videtur, vt vulgata iuris regula proditum scio: idque ait clarißimus apud Græcos orator Aeschines* ὅτι μὲν ἀπορεῖς, συγγνώμην ἔχω σοι. *Sed & qui patitur ab alio mandari, vt sibi credatur, mandare eum intelligi idem Vlpianus* [b] *scribit.*

a l.6.§.j.

b l.18.

Articulus secundus.

Consensu expresso mandatum contrahi apud eundem [c] *animaduerti: idque* Paulus [d] *noster probat.* Mandantis *autem consensum non solùm his verbis* VOLO, ROGO, MANDO, *sed & quibuscunq; verbis exprimi idẽ* [e] *rectè putat: cuius sententia receptißima est, & à multis comprobata.*

c l.8.§.si quis.

d l.1.

e d.l.1.

Articulus tertius.

Caius [f] *scribit,* Mandatũ cõtrahitur inter nos, *siue mea tantũ gratia mandẽ, siue aliena tantũ siue mea, & aliena, siue mea, et tua, siue tua &*

f l.2.

alie

aliena: quæ omnia ſigillatim explicat.

Articulus quartus.

Mandatum in diem differri, & ſub conditione contrahi poſſe [g] *Paulus notat.*

g d.l.1.

Capitis ſecundi articuli.

1 *Mandanti.* 2 *Mandatario.*
3 *Hæredibus.*

Articulus primus.

Mandanti actionem hanc dari prudentibus placuit [h].

h l.8.& l.31.

Articulus ſecundus.

Cui mandatum eſt negotium, contrarium ei iudicium, hoc eſt, contrariam mandati actionem competere Vlpianus [i] *exiſtimat. Fideiuſſores quoque in eadem cauſſa eſſe idẽ* [k] *ſcribit. Sed his eatenus agendi ius eſſe, quatenus mandatum eſt, Iulianus* [l] *optima ratione accipiendum putat.*

i l.12.§.ſi mihi.
k l.10.§.fideiuſſ.
l l.33.

Articulus tertius.

Hæredi [m] *& in hæredem* [n] *hoc iudicium datur*

m l.14.
n l.58.

datur: idq; Vlpianus, & Paulus Iurisprudentum coryphæi prodidere. Sed hæc fusiorem tractatum desiderant: ex Iurisprudentum libris, fidisq; interpretibus accipies.

Capitis tertij articulus singularis.

1 *Ob id quod interest.*

Mandati actio tunc competit, cùm cœpit interesse eius, qui mandauit: idque Vlpianus [o] *tradit illud adijciens. Cæterùm, si nihil interest, cessat mandati actio. Sed & si mandato renuntiatum sit, eam cessare liquet. Ex quibus autem caußis, & quando mandato renuntiandi ius sit ex capitibus 22.23.24.25.& 26. huius tituli accipias, velim. Quod dictum est, si nihil intersit, mandati actionem cessare, ad reliqua actionum genera producitur: idque ex varijs articulis constat: & ex actionis definitione* [p] *colligitur: quod & libro singulari forensis controuersiæ dispositionis explicui.*

o l.8.§.mandati.

p §.1.Insti. de act à cõtrario. sẽsu.

Capitis quarti articuli.

1 *Vsuræ.* 2 *Bonafides.* 3 *Sumptus.*

t

4 *Id, quod intereſt.* 5 *Culpa, dolúſque.*
6 *Ceßio.*

Articulus primus.

In hoc iudicio vſuras ex mora deberi Vlpianus[q] *ait. Sanè, ſi tibi mandem, vt ab actoribus meis pecuniam mutuam acciperes vſuras petere me non poſſe Papinianus reſpõdit apud Vlpianum*[r]. *Porrò vſuràs vicem fructuum obtinere, nec ab ijs ſeparari Vlpianus*[s] *putat.*

[q] l.10.§.2.
[r] d.l.10.§.3
[s] l.34.ff. de vſuris.

Articulus ſecundus.

Bonam fidem in hoc contractu præſtari debere eidem[t] *placuit: at hæc rara auis, nigróque ſimillima cygno. Nam (vt ait vetuſtißimus poëta Theognis,*

ὥσφιν ἐπ' ἔργοισιν πίστις ἔτ' οὐδεμία.

& paulò antè.

Ἀλλήλους δ' ἀπατῶσιν ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶντες,
οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες, οὔτ' ἀγαθῶν.

[t] d.l.10.

Articulus tertius.

Sumptus à procuratore peti poſſe Papinianus[v] *reſpondit. Sed hoc ita, ſi bona fide facti, neceſſ*

[v] l.10.§.6.

necessariiq; sint.

Articulus quartus.

Qui mandatum suscepit, si potest id explere, deserere promissum nõ debet, alioqui quanti mandatoris intersit, damnandum eum Caius[x] *scribit. Sicut autem liberum est mandatum non suscipere, ita susceptum consummari, nisi renũtiatum sit, oportere Paulus*[y] *ait: cuius rei explicatio à M. Cicerone in oratione pro Roscio Amerino petenda est.*

x l.27.

y l.22.

Articulus quintus.

Qui susceptum mandatum non explet culpâ suâ, actione mandati tenetur: idq; Vlpianus[z] *ait. Sed & dolum præstandum Papinianus*[a] *respondit. Vtrunque axioma Vlpianus*[b] *probat.*

z d.l.22.

a l.22.§

b l.contractus.ff.de regu.iur.

Articulus sextus.

Mandatori actiones cedat mandatarius: idque Caius[c] *notat.*

c l. si quis. §.fi.

Capitis quinti articuli.

1 *Diligentia.* 2 *Forma.*

Articulus vterque.

d l.5. *Diligenter formam, finésque mandati obseruari Paulus* [d] *rectè putat: húcque pertinet, quod* Gellius *lib.j. cap.xiij. scribit.* Nam(*vt ait* Paulus) *qui excessit, aliud fecisse videtur.* Sed
e l.46. *hoc ita accipiendum ait idem* Paulus [e], *quoties mandatum certum est: nã tum à forma recedi non debet: at quoties incertum, vel pluriũ caussarum est, tunc licet mandati forma obseruata non sit, si mandatori expedierit, mandati actionem dari placuit.* Vides *legem lege explicari, tacitámque* ἀντινομίαν *dilui!*

Hæc vera iuris docendi tradendiq; via, & ratio est ab Vlpiano, *atque* Iulio Paulo *obseruata, et à* Iustiniano *præscripta, vt obseruatè animaduertit* Philibertus *à* Ferrerijs *Iurisconsultus iura* Tolosæ *docens toto notißimus orbi.*

EPIGRAMMA.

Ordine quæque suo rectè diuinus Homerus
e l.46. *Grauia tractari (qua licet arte) iubet.*
χαλεπὰ τὰ καλά, *modo sint digesta peritè*
Atque vijs (credas) tradita ductilibus.

Perdi

Perdidimus Quintũ:fatis eſt Scæuola raptus
Triſtibus:hic methodo(credite)iura dedit.
Nullus in orbe fuit meliùs,qui iura doceret.
Dicitur in ſpecies diſtribuiſſe genus. Cic. in lib. de oratore.
Singula quæque notans, vim perdoctè explicat omnem:
Eſtq; ab eo doctis formula ſcripta viris.
Cimmerijs multi,inuita ſed lege,tenebris,
Obuoluunt miſerè lucida iura deûm.
Articulis at pandere rem conſultiùs eſſet,
Et ſummis, princeps quas παρατίτλα *vocat.* l.2.C.de vete.iu.enucl.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.

LECTORI.

Quum veteris Iuriſprudentiæ collectanea iam typis excuſſa recognoſcerem indicem collecturus, errata quædam deprehendi.

Verbum, probat, deeſt pag.33.linea 9. Innocétem, pro nocentem legas pag.37. lin.11. δοῦναι legas pag. 76.lin.9.verbum, præceptum deeſt pag.213.lin. 2. Αρθρα, & ἄρθροις, non ἄθρα legendum.pag.164. lin. 21.& 22.ὃν legas pag.118.lin.19.




INDEX RERVM, ET VERBORM LOcupletissimus in Draconis, Solonis, Romuli, & XII. Tabularum leges.

Commonefactum te intereà velim legum candidate, D. Draconem, S. Solonem, R. Romulum, T. XII. Tabulas significare.

A

Interd

Via



FINIS.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κρείττων.

AD LIBRVM.

In medios cœtus doctorum perge, libelle,
Quorum cenſuram, parue, ſubire velis.

FINE

300

